LE LIBER DE CARDINALIBUS CHRISTI DOMINI NOSTRI OPERIBUS

d’Arnaud, abbé de Bonneval

Traduction française intégrale — Volume III

Texte critique latin et bibliographie — pages originales 293 à 410

Le texte latin et les références bibliographiques sont reproduits sans modification ; l’apparat anglais et les intitulés de sections bibliographiques sont traduits en français.

Guide français de l’apparat critique

Les pages qui suivent reproduisent l’édition critique latine sous forme de fac-similé afin d’en conserver exactement le texte, la mise en page, les sigles et les variantes. Les équivalences ci-dessous traduisent les formules anglaises récurrentes de l’apparat. Les remarques éditoriales anglaises plus développées sont traduites ensuite et repérées par le numéro de la page originale.

Formule dans le fac-similé	Équivalent français
See	Voir
See also	Voir aussi
above	ci-dessus
below	ci-dessous
E.g.	Par exemple
Perhaps	Peut-être
with	avec
tr.	trad.
quoted by / quoted in	cité par / cité dans

Traduction des remarques éditoriales développées

Page originale 308 — 22.9 Nouatus. Cyprien de Carthage, Epistolae XLIII et XLIX (présentes dans PL 3.731, 748-754 comme Epistolae III et VII parmi les lettres du pape Corneille). Cf. Pierre le Vénérable, Contra Petrobrusianos 25.11 (éd. Fearns, CCCM X, p. 23).

Page originale 310 — 24.4 non dentes, etc.. Augustin, Tractatus in Iohannis euangelium XXVI.12 (éd. R. Willems, CCSL XXXVI, p. 266) ; Jean Scot Érigène, Commentarius in Iohannis euangelium I.xxxi.76-77 (éd. Jeauneau, SC 180, p. 178, avec note) ; Paschase Radbert, De corpore et sanguine domini XVI.12-14 (éd. Paulus, CCCM XVI, p. 98).

Page originale 312 — 9-10. Peut-être Lev. 4 passim.

Page originale 327 — 4.20 discolatum. Peut-être : « absentéisme scolaire ». Voir R. E. Latham, Revised Medieval Latin Word List from British and Irish Sources (Londres, 1965), p. 159.

Page originale 331 — 23-24 reeonciliati… reducantur. Sur la « Réconciliation des pénitents » du Jeudi saint, voir H. Thurston, S.J., Lent and Holy Week (Londres, 1904), p. 309-314.

Page originale 338 — 7-8. Voir la note relative à 1.12.18.

Page originale 351 — 12-13 qui sub loco… ab antiquis. Voir Augustin, Sermo suppositiitius VI.5 (PL 39.1750D-1751A), avec d’autres références dans la note b.

Page originale 352 — 6.1 Ex. 15.1. Cod. Amiatinus Ottobonianus : hpnorifioatus ; r’, qui : magnificatus. Voir l’apparat critique de la Vg.

Page originale 376 — 3.4-11 Huius sempiterna… usum. Cf. Thierry de Chartres, Tractatus de sex dierum operibus 35-28 (éd. Haring, p. 566 et suiv. ; cité dans T. Gregory, Anima Mundi [Florence, 1955], p. 134, n. 2).

Les titres bibliographiques cités dans l’apparat sont conservés dans leur forme originale, conformément au principe appliqué à la bibliographie générale.

unitas peruenisset. Solus quippe Filius Patri consubstantialis est. Nec diuisibilis est nec partibilis substantia Trinitatis. Nostra uero et ipsius coniunctio nec miscet personas nec unit substantias, sed affectus consociat et confederat uoluntates. Ita ecclesia corpus Christi effecta obsequitur capiti suo et superius lumen in inferiora diffusum, claritatis sue plenitudine a fine usque ad finem attingens, totum apud se manens, totum se omnibus commodat et caloris illius identitas ita corpori assidet, ut a capite non recedat.

(8) Panis itaque hic azimus, cibus uerus et sincerus, per speciem et sacramentum nos tactu sanctificat, fide illuminat, ueritate Christo conformat. Et sicut panis communis quem cotidie edimus uita est corporis, ita panis iste supersubstantialis uita

---

15 Sap. 8.1 (Vg: Attingit ergo...)
15-16 Cf. Sap. 7.27
8.1 Cf. I Cor. 5.8
4 Matth. 6.11 (Vg: panem nostrum supersubstantialem)

11-12 Nostra... uoluntates. Cf. Hilary of Poitiers, De Trinitate VIII.13 (PL 10.245-246); Paschasius Radbertus, De corpore et sanguine Domini IX.103-118 (ed. B. Paulus, CCCM XVI, p. 56); Honorius Augustodunensis, Eucharisticon IV (PL 172.1252C)
13-17 Ita ecclesia... recedat. Cf. Arnold, De vii verbis Domini in cruce VI (PL 189.1714B)
15-16 totum apud se... commodat. Cf. Augustine, Sermo CXXIX Mai 1 (Miscellanea Agostiniana, vol. I, ed. G. Morin (Rome, 1930), p. 375, ll. 17-18). See also John Scotus Eriugena, Periphyseon I.75 (PL 122.520D-521A).

---

15 apud] caput O
16 in ante omnibus add. O
8.3 ueritatem PT, ex -tem corr. ML
4 supersubstantialis] super- exp. L

est anime et sanitas mentis. Omnino nos a tantarum rerum intellectu sensus carnalis repellit et sicut ipse dominus dicit, in tantorum misteriorum intuitu caro et sanguis non prodest quicquam, quia uerba hec spiritus et uita sunt et a solis spiritualibus uirtus hec magnifica iudicatur. Ille qui a nemine iudicatur, cuius uita uel conscientia deo cognita humana iudicia non formidat, de tantorum potest secretorum profunditatibus iudicare et, cum seipsum corpus Christi cognouerit, uiuifico cibo libenter se reficit, sciens corpori et anime sue ex sacramento et re sacramenti indissolubilem eternitatem donari, quia et ad hoc Verbum caro factum est, ut nos qui secundum carnem deo placere non poteramus, societate Verbi detersa saliua infantie et carnalis petulantie sputamentis, audiremus per Verbum et reuelaretur nobis per Spiritum cognitio ueritatis et (huius cibi nobis munere erogato) gauderemus nos ad celestem mensam admissos superno interesse conuiuio.

7-8 Ioh. 6.64
8-9 Cf. I Cor. 2.15
9-10 I Cor. 2.15
15 Ioh. 1.14

5-20 Omnino... conuiuio om. e. V. supra, p. 33 sq. Hic (fol.36^{v}) et primum commata moderna zetasque raptim subscriptas quasi textui additiones exhib. P. Tales notae post uocabula Perpes est hoc in fol. 40^{r} (infra 16.1) non inueniuntur. Cf. notas in 6.5 & 15.6-12.
16 poteramus] possumus L
19 nobis om. O gaudemus L
20 superne per mutationem ultimae litterae O

(9) Panem angelorum sub sacramento manducamus in terris. Eundem sine sacramento manifestius edemus in celis, non ministerio corporali sepe repetitis actionibus ad eadem reuertentes, sed (consummato sacerdotio nostro) erit et permanebit perpetua et stabilis implens et reficiens nos sufficientia, quam proferet palam absque ullis integumentis omnibus conspicabilis summi presentia sacerdotis. Nunc interim corporalia beneficia sic ad corporis sufficiunt nutrimentum, ut alimentum anime non excludant. Immo sacramentorum institutio nullum secum ueheret commodum, si spiritualia non adessent. Cumque utrumque necessarium sit, res tamen sacramenti differentiorem obtinet locum et perfectiorem habet effectum. Sacramenta quidem, quantum in se est, sine propria esse uirtute non possunt nec ullo modo diuina se absentat maiestas misteriis. Sed quamuis ab indignis se sumi uel contingi sacramenta permittant, non possunt tamen Spiritus esse participes, quorum infidelitas uel indignitas tante sanctitudini contradicit. Ideoque aliis sunt hec munera odor uite in uitam,

---

9.1 Ps 77.25
2-3 Cf. Hebr. 10.11
15-16 Cf. Hebr. 6.4

9.4 consummato... nostro. Cf. John Scotus Eriugena, Commentarius in euangelium Iohannis I.xxx.40-60 (ed. É. Jeauneau, SC 180, p. 162).

9.3 corporali sepe] corporalis substantie L. Exemplar eius fort. contractione s^e usus est. Cf notam supra in IV.6.3. Ibi sicut hic tres ultimas litteras uocabuli s^epe sic superscr. C. eadem] ean- CB, ut uid.
7-12 Nunc... effectum om. e. V. supra, p. 33 sq.
10 res linea subnotauit P. Est et not i.m., quam legere in reproductione photomechanica non possum
17 aliis om. O sint MT

aliis odor mortis in mortem, quia omnino iustum est, ut tanto priuentur beneficio gratie contemptores nec indignis tante gratie puritas sibi faciat mansionem.

(10) Noua est huius sacramenti doctrina et scole euangelice hoc primum magisterium protulerunt et doctore Christo primum hec mundo innotuit disciplina, ut biberent sanguinem christiani, cuius esum legis antique auctoritas districtissime interdicit. Lex quippe esum sanguinis prohibet, euangelium precipit ut bibatur. In quibus mandatis hoc maxime discernere debet christiana religio, quod sanguis animalium, a sanguine Christi per omnia differens, temporalis tantum habeat uiuificationis effectum et uita eorum finem habeat et sine ulla reuocatione terminum constitutum. Ideoque ad obtinendam eternitatem non potest proficere. Quod semel obrutum non surgit ulterius nec PL 1645 aliqua ei superest uirtus, quod sine ulla spe (precisis radicibus) mors penitus consumpsit.

17-18 I Cor. 2.16 (Vg: aliis quidem odor mortis in mortem aliis autem odor vitae in vitam)
20 See Ioh. 14.23
4 See Gen. 9.4; Leu. 7.26, 17.14
11-13 Cf. Iob 14.7-10

---

19 gratie[1]] iusticie C in ante indignis add. e
10.4 cuius] eius PMT
5 sanguis L perhibet erd, sed ante Pamelium corr. aliquis castigator precepit O
11 alterius e, sed corr. r
13 mors penitus consumpsit] Hanc lectionem post corr. exhib. CB, uocabulo ultimo in utroque superscripto, ante uero corr. tantum mors penitus scr., mors penitus P, moritur MTO, mors penitus aboleuit L, mors penitus exsiccauit e. Manifestum est hic mendum mors penitus habuisse archetypum. Ceterae igitur lectiones coniecturae scribarum sunt. Quod legi legi propter recordationem Iob 14.7-10.

(11) Vita uero hominis, licet aliquam habeat affinitatem cum sanguine, non tamen solo sanguine regitur, sed anima sanguini dat caloris et nutrimenti effectum, sicut et ceteris que in corpore sunt propria distribuit officia et diuidit motus et quasi talenta partitur. Nec oportuit, ut sanguini humano sanguis pecudum misceretur, quia uita rationalis hominis uite bestiali consociari non debet, sed omnino a fidelium animis quasi sanguis impurus detergenda est hec carnalis opinio, ne putetur uita hominis eo modo transitoria, quo uita pecudum inanescit, uel quod sanguis consubstantialis sit anime et necesse sit utrumque superueniente suffocatione dissolui. Carne quidem animalibus similes sumus, sed uita dissimiles. Ideoque quod commune cum eis habemus, nobis incorporare licenter possumus. Quod uero dignitati nostre non conuenit et ab eternitate alienum uidetur, a nobis subtilissimo legis indicio separamus. Bibimus autem de sanguine Christi ipso iubente, uite eterne cum ipso et per ipsum participes, animalis uite peccata quasi sanguinem inpurum horrentes et fatentes nos per peccati gustum a beatitudine priuatos et dampnatos, nisi nos

---

11.1-2 Cf. Leu. 17.14
4-5 Cf. Matth. 25.15

11.1-2 Vita uero hominis, etc. Cf. Timaeus a Calcidio translatus commentarioque instructus II.ix.ccxix (ed. J.H. Waszink, Plato Latinus, vol. IV, p. 231f.); Augustine, Quaestiones in Heptateuchum III.lvii.3-4 (CCSL XXXIII, p. 216f.)

11.3 affectum B
7 debet] habet e omnino post animis transp. O
8-9 transitoria eo modo CBL
15 iudicio MTO ipso] christo CB

Christi clementia ad societatem uite eterne suo sanguine reduxisset.

(12) Nobis itaque pro quibus sanguis Christi oblatus est in cruce et quos reconciliauit deo omnes excedens uictimas hoc sacrificium singulare, ipse Christus pincerna porrexit hoc poculum et docuit, ut non tantum exterius hoc sanguine liniremur, sed et interius aspersione omnipotenti anima muniretur et penetrans omnia tanti medicamenti uirtus quicquid esset intus tabidum effugaret et renouaret sanaretque quicquid morbi carni uel spiritui ueteris uite adliniuerat corruptela. Dixerat sane hoc huius traditionis magister, Quod nisi manducaremus et biberemus eius sanguinem, non haberemus uitam in nobis, spirituali nos instruens documento et aperiens ad rem adeo abditam intellectum, ut sciremus, quod mansio nostra in ipso sit manducatio et potus quasi quedam incorporatio, subiectis obsequiis, uoluntatibus iunctis, effectibus unitis. Esus igitur carnis huius quedam auiditas est et quoddam desiderium manendi in ipso, per quod sic inprimimus et eliquamus in nobis dulcedinem caritatis, ut hereat palato nostro et uisceribus sapor dilectionis infusus, penetrans

---

12.4-5 Cf. Hebr. 9.14, 10.22
9-10 Ioh. 6.54 (Vg: manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem non habetis vitam in vobis)
12 Cf. Ioh. 6.57

12.3 singulare sacrificium O
5 in ante anima add. L muniremur Le
6 intus om. O tabidum] t[illegible]idum e, ibi dum rd, ibi durum Pamelius
8 uite ueteris O a[illegible]
10 nobis] uobis L, ut [illegible]tali B
14 affectibus BO
17 palato] -tio L [illegible] ulcedinis O

et inbuens omnes anime corporisque recessus. Potus et esus ad eandem pertinent rationem, quibus sicut corporea nutritur substantia et uiuit et incolumis perseuerat, ita uita spiritus hoc proprio alimento nutritur. Et quod est esca carni, hoc anime est fides, quod cibus corpori, hoc Verbum spiritui, excellentiori uirtute peragens eternaliter, quod agunt alimenta carnalia temporaliter et finaliter.

(13) Celebrantes sacramenta commonemur, quasi ungulam findens et ruminans pecus, reuocare ad fauces et minutatim com- PL 1646 molere dominice institutionis exemplum, ut semper passio sit in memoria nec terreant crucifixi heredes mortis supplicia, sed pascant et reficiant maturate resurrectionis letabunda sollempnia. Quam preclarus est calix iste! Quam religiosa est huius potus ebrietas, per quam excedimus domino et que retro sunt obliti ad anteriora extendimur. Non habentes sensum huius mundi, sed

---

13.1-2 Cf. Leu. 11.3; Deut. 14.6
6 Ps. 22.5 (Vg: et calix meus inebrians quam praeclarus est)
7-8 Phil. 3.13 (Vg: quae quidem retro sunt obliviscens ad ea vero quae sunt in priora extendens me)

13.6-7 huius potus ebrietas. Cf. Arnold, Hexaemeron, PL 189.1535D; Cyprian of Carthage, Epistolae LXIII.11 (PL 4.393-394); J. Leclercq, "Jours d'ivresse", La vie spirituelle 76 (1947), pp. 574-591.

---

23 carnalia] corporalis O
13.2 findens] per ras. secundae litterae B, fort. ex fundens corr. L
3-4 in memoria sit passio L
5 maturate] maturitate O, maturare e, sed corr. r
7 domino] deo CBLOe
8 Non] nec L

diuitis purpurati delicias contempnentes cruci heremus, sanguinem sugimus et intra ipsa redemptoris nostri uulnera figimus linguam, quo interius exteriusque rubricati a sapientibus huius seculi iudicamur amentes, qui religionis huius abhorrentes mandatum usque hodie retro abeunt et a secretis diuinis omnium intra ea misteriorum continentibus summam diffugiunt et recedunt.

(14) Qui manducat ex hoc pane ultra non esurit, qui bibit ultra non sitit, quoniam misterii huius sic sufficit gratia, sic reficit intelligentia, ut (cuicumque tante rei innotuerit plenitudo omnis consummationis fine inuento) Christi baiulus ipsum ferat in pectore, ipsum gerat in mente et omni tempore habitatori suo dicta et facta iubilatione consona laudes resonent et gratiarum actiones decantent. Hec ebrietas non accendit, sed extinguit peccatum. In hoc uino non est luxuria nec mouetur ad ludum post hunc potum lasciuia. Consopiuit obliuio cuncta carnis ludibria. Mira sunt que sentit, magna que uidet, inaudita que loquitur, quem agnus iste paschalis inhabitat, cuius animam meri huius fortitudo hilaritate inexplicabili letificat et delectat.

11-12 Cf. I Cor. 1.23
12-13 See Ioh. 6.67
14.1-2 See Ioh. 6.35
11 See I Cor. 5.7

---

13 usque hodie. See G.G. Grant, S.J., "The Elevation of the Host: A Reaction to Twelfth Century Heresy", Theological Studies 1 (1940), pp. 242-246.

---

10 fingimus MT (hic a. corr.)
14.7 sed om. e, non subst. rd, immo Z, sed ante Pamelium rest. aliquis castigator
9 consopit MT (ille post corr.)

Inter dominice mense conuiuas animalis homo non admittitur. Quicquid caro et sanguis dictat ab hoc cetu excluditur. Nichil sapit, nichil prodest quicquid humani sensus molitur subtilitas. Ideo quicquid a suis rationibus sapientes huius seculi deuium uident, ad dementiam referunt et a ueritate reputant alienum. Sed ueritas ab erroneis hominibus comprehendi non potuit et cum in sole uellet figere oculos, uim luminis non ferens cecata est, non illuminata humana presumptio et aspectui eius lippitudo inhesit.

(15) Vident hec sacramenta pauperes spiritu et hoc uno contenti ferculo omnes mundi huius delicias aspernantur et possidentes Christum aliquam huius mundi possidere supellectilem dedignantur. Esurientes et sitientes iusticiam, cum saturati fuerint, uide quid agant, intellige que loquantur. Quam sancti odoris sit quicquid illa eructuat plenitudo! Verbum bonum, mores compositos, affectus pudicos, sensus pacificos illa interior sinceritas ubique diffundit, ita ut post odoramenta ista gratie

---

13 I Cor. 2.14. Cf. also I Cor. 10.21.
15.1 Matth. 5.3
4 Matth. 5.6 (esuriunt et sitiunt iustitiam)

---

16 Ideo] ideoque O, omne e
17 uident] -detur e
15.3 huius cancell. et post mundi transp. O supellectilem possidere O
6-12 Hoc in loco (fol. 40^{r}) complures lineae in P litteris auctis pennaeque seriatim ductibus usque ad uocabula Perpes est hoc (i.e. 16.1), ubi noua manus incipit, completae sunt, quasi duorum labores scribarum singuli ibi coniuncti sint. Haec uocabula Perpes est hoc sunt eadem, quibus illa disputatio fort. aliena (P, ff. 97^{r}-99^{r}) desinit. Cf. notas in 6.5 & 8.5-20.

huius comparticipes discurrant et mutuis se ad inuicem affectibus complectantur. Et quibus unus est panis, unum est corpus et omnium unum cor et anima una uni Christo adherens, cetera omnia quasi fermentata respuens, in unius azimi sinceritate letatur.

(16) Perpes est hoc sacrificium et semper permanens holocaustum. Nulla panem hunc multitudo consumit, nulla antiq- PL 1647 uitate ueterascit. Vna est domus ecclesie, in qua hic agnus editur. Nullus ei communicat, quem Israelitici nominis generositas non commendat. Huius panis figura fuit manna quod in deserto pluit, sed ubi ad uerum panem in terra promissionis uentum est, cibus ille defecit. Per singula sabbata panes propositionis iam frigidi et duri mutari consueuerant et calidi panes eiusdem numeri in mensa proponi. Iam nulla fit panis mutatio. Vnus est panis caloris continui, status integri, qui semel oblatus deo in sapore dulcissimo et candore purissimo per-

---

10 Cf. I Cor. 10.17
11-12 Cf. I Cor. 5.7-8
16.5-7 See Ex. 16.35
7-9 See Ex. 25.30; Leu. 24.5-9

15.12 quasi fermentata. Cf. Anselm, Epistola de sacrificio azimi et fermentati 4 (PL 158.541-548 & F.S. Schmitt, "Eine dreifache Gestalt des Epistola de Sacrificio Azimi et Fermentati des hl. Anselm von Canterbury", Revue bénédictine 47 (1935), 216-225).

---

10 est unus C est^2 om. L
12 azimi] animi O
16.3 hic om. MT, igitur e
4 Nullus] nullius er, sed corr. d
6 sed] si e
7 ille] iste L panes om. e
8 propositionis] promissio- L
10 et post continui add. O

seuerat. Nec solos sacerdotes ad panes huius dignitatis Leuitice prerogatiua admittit. Vniuersa ecclesia ad has epulas inuitatur. Equa omnibus portio datur, integer erogatur. Distributus, non demembratur. Incorporatur, non iniuriatur. Recipitur, non includitur. Cum infirmis habitans, non infirmatur nec pauperum ministerio indignatur. Fides pura, mens sincera hunc habitatorem delectat. Neque immensi et omnipotentis dei magnitudinem pauper-cule domus nostre angustia offendit uel artat.

(17) Panis iste angelorum omne delectamentum habens uirtute mirifica omnibus, qui digne et deuote sumunt, secundum suum desiderium sapit. Et amplius quam manna illud heremi implet et satiat edentium appetitus et omnia carnalium saporum irritamenta et omnium exsuperat dulcedinum uoluptates. Vide quomodo his, qui Christi commemorant passionem, intra sacra officia quasi per quosdam canales de interioribus fontibus egrediantur torrentes et super omnes delicias lacrimis nectareis anima delectetur. Quantam suauitatem anime inquirenti ubi sit deus suus suspiria

---

12-13 See Leu. 24.9; Matth. 12.4
17.1 Ps. 77.25 (Vg: panem); Sap. 16.20 (Vg: angelorum esca... in se habentem)
2 Cf. I Cor. 11.27
2-3 Cf. Ps. 77.30 3-4 Cf. Ioh. 6.49-50
9 Ps. 41.4,11 (Vg: ubi est deus tuus)

16.12-13 Nec solos, etc. Cf. Arnold, Hexaemeron, PL 189.1524C-D.

---

12 panes huius] panem hunc O
17.7 canales] carnal- L, ex carnal- probabiliter corr. B
interioribus] infer-L

contemplationis eliciant. Non illos imbres procellose tempestates deponunt. Ros matutinus est de celestibus stillans et quasi unctio Spiritus mentem deliniens. Gemitus illos pietas excitat et inter diem et noctem retro et ante se affectio intuens, inter data et condonata se diuidens, gratias agit tam uberis beneficii largitori et, se sanatam et sanctificatam agnoscens, fletibus se abluit et lacrimis se baptizat.

(18) Verum his, qui uerbo tenus corde sicci et mente aridi sacris intersunt uel etiam participant donis: lambunt quidem petram, sed inde nec mel sugunt nec oleum, quia nec aliqua caritatis dulcedine nec Spiritus sancti pinguedine uegetantur nec se iudicant nec sacramenta diiudicant, sed sicut cibis communibus irreuerenter sacris utuntur muneribus et dominice mense in uesto lutulenta se ingerunt inpudenter; quibus melius erat mola asinaria collo alligata mergi in pelagus quam illota conscientia de manu domini buccellam accipere, qui usque hodie hoc ueracissimum et sanctissimum corpus suum creat et sanctificat et benedicit et pie sumentibus diuidit.

10-11 Cf. Deut. 32.2
12 Cf. I Ioh. 2.20
14 Cf. Iac. 1.17
18.2-3 See Deut. 32.13
4-5 Cf. I Cor. 11.29,31
6 Cf. I Cor. 11.20-22
6-7 Cf. Matth. 22.11
7-8 Matth. 18.6
9 Ioh. 13.7

---

15 sanatam se L
18.1 hii C
2 labunt M
3 nec inde B
6 mense dominice O

(19) In huius presentia non superuacue mendicant lacrime ueniam nec unquam patitur contriti cordis holocaustum repulsam. Quotiens te in conspectu domini uideo suspirantem, Spiritum sanctum non dubito aspirantem. Cum intueor flentem, sentio ignoscentem. Tu si templum Spiritus sancti uiolas, si intra te sacrarium dei deturpas et fedas, si cum calice Christi de calice demoniorum communicas, contumelia est, non religio, iniuria, non deuotio. Ydolorum seruitus et horrenda abominatio uelle simul Baal famulari et Christo. Abi retro cum saccellis tuis, qui lucris inhias et mercedes sectaris, qui opulentus in Syon cotidie crapularis, qui in lectis eburneis recubas et in stratis sec-mentatis lasciuis, qui uestiris mollibus et in terra suauiter uiuentium conuersaris, cuius manus plene sunt sanguine, cuius

PL 1648

19.2 Cf. Ps. 50.19,21
5 I Cor. 6.19. Cf. I Cor. 3.16-17.
6-7 I Cor. 10.20 (Vg: calicem Domini... calicem daem.)
9 See II Cor. 6.15 & cf. Mich. 6.11
9-10 Cf. Ez. 22.27
10 Am. 6.1 (Vg: opulenti estis)
11-12 Am. 6.4 (Vg: dormitis in lectis... et lascivitis in stratis vestris)
12 Matth. 11.8 (Vg: mollibus vestiuntur)
12-13 Iob 28.13
13 Is. 1.15 (Vg: manus vestrae sanguine...)

19.3-4 suspirantem... aspirantem. See J. Leclercq, The Love of Learning, p. 39.
5-9 Tu si... et Christo. Cf. Jerome, Epistola XXII.29 (PL 22.416A)

19.4 intueo L
5 sancti spiritus C
6 deturbas e si cum] sicut O
8 est post seruitus add. L simul] similis MT (hic a. corr.)
11-12 sagmentatis CB

lumbi discincti sunt et sine baltei discurris ligamine. Non est tibi pars in sermone isto, quia quod dei est aufers deo et imaginem dei consecras ydolo.

(20) Pauperes quidem spiritu ad hoc ministerium elegit et diligit Spiritus sanctus et eorum, qui pompatice et gloriose sacris se altaribus ingerunt, obsequia detestatur. Ozias, licet rex, ob lepre notam a sanctuarii ingressu repellitur et eius oblatio quasi sordida refutatur. Incensi odor de immundorum manibus reputatus est pro fetore et iram, non gratiam presumptio meruit, quia contra fas rem usurpans illicitam temerarie in sancta conscendit. Sed et propter malignantium insolentiam altare suum deus repellit et sanctificationibus maledicit. Odit sabbata, abominatur sollempnia. Odoramenta fetent, displicent holocausta.

(21) In his omnibus laborare se dicit deus nec esse uoluntatem suam in ministris inpuris indignatione districta testatur. Sed ierarcha pius, quem Spiritus sanctus compungit,

---

14 Cf. Ex. 29.8
14-15 Act. 8.21
15-16 Cf. I Cor. 3.16; Gen. 1.26; II Cor. 6.16
20.1 Matth. 5.3
2 Am. 6.1
3-5 See II Par. 26.19
9-11 See Is. 1.13-14; Am. 5.21

20.1 ministerium ex mister- corr. P, mister- e eligit CBLe
4 ob lepra notam] ob presumptionem lepra percussus e
5 Incensi] Incensio P, ex Incensio corr. B, post Incensi ras. hab. CM
6 reputatus est] reputatur O fetore] stercore L
9 deus] dominus O

excitat, inhabitat et sanctificat, eleuatione manuum crucis misterium representans confidenter orat pro sua et populi ignorantia, recolens pudibundi et contriti animi confessione, quod aliquando preualente aduersum se peccato fuerit derelictus, iuxta illud quod Dauid plorans ait, Auertisti faciem tuam a me et factus sum conturbatus; et dominus per Isaiam, Ad tempus in modico derelinquam te. Verecundatur fateri, et tamen fatetur iuuentutis delicta. Sed accusatrici conscientie necesse est coram iudice respondere. Nec potest ibi esse ullum diffugium, ubi ipsa testis est que accusat et nichil ei potest esse occultum qui iudicat. Sed ubi cum iudice agit qui iudicatur et, ipse in partem accusatoris transiens, etiam in sua proscriptione sententiam approbat condempnantis, experitur clementiam saluatoris et letabundus canit, Domine, in uoluntate tua prestitisti decori meo uirtutem; et iterum per Ysaiam audit, In miserationibus magnis congregabo te.

(22) Sed et in eodem articulo temporis, cum iam anima festinet ad exitum et egrediens ad labia expirantis emerserit, penitentiam clementissimi dei benignitas non aspernatur. Nec

---

21.5-6 Hebr. 9.7 (Vg: offert)
8-9 Ps. 29.8
9-10 Is. 54.7 (Vg: ad punctum... dereliqui)
11 Ps. 24.7 (Vg: delicta iuventutis)
17-18 Ps. 29.8
18-19 Is. 54.7

21.6 confessionem L
9-10 immodico P
13 ipsa] -se O que] qui O
22.2 festinat LB

serum est quod uerum nec irremissibile quod uoluntarium et quecumque necessitas cogat ad penitudinem, nec quantitas criminis nec breuitas temporis nec hore extremitas nec uite enormitas (si uera contritio, si pura fuerit uoluptatum mutatio) excludit a
PL 1649
uenia, sed in amplitudine sinus sui mater caritas prodigos suscipit reuertentes et, uelit nolit Nouatus hereticus, omni tempore dei gratia recipit penitentes. Ipse dominus noster derelictorum personam gerens in cruce se queritur derelictum et, ne desperarent etiam in ultimis constituti, festinans in adiutorium ilico adest et (re in arto posita) non differt beneficium, sed repente indulgentie celeris documentum eiusdem statuit et exemplum, latroni inquiens, Hodie mecum eris in paradiso. Latrocinium dampnationem meruerat et supplicium, sed cor contritum penam mutauit in martirium et sanguinem in baptismum. In momento impietas religionem, crudelitas induit pietatem et statim consummatus ciuis sanctorum et domesticus dei premissus est in regnum, reconciliationis humane priuilegium secum ferens ad

---

22.8-9 Cf. Luc. 15.20
10-11 See Ps. 21.2; Matth. 27.46
15 Luc. 23.43
16-17 Ps. 50.19

22.9 Nouatus. Cyprian of Carthage, Epistolae XLIII & XLIX (found in PL 3.731,748-754 as Epp. III & VII amongst the letters of Pope Cornelius). Cf. Peter the Venerable, Contra Petrobrusianos 25.11 (ed. Fearns, CCCM X, p. 23).

---

4 est post uerum transp. O
14 celeris] sce- B
16-17 contritum cor LB

superos, quod deo Patri tante legationis fungens honore, in se ipso scripture huius experimentum continens, libero et securo aditu penetrans presentauit.

(23) Quid tu, domine, amplius Stephano contulisti? Quid amplius ille obtinuit dilectus tuus, qui supra pectus tuum in cena recubuit? Quid amplius Pauli meruere sudores? Quid labores sanctorum? Quid tot annorum tormenta? Quid martirum plage? Vna hora huic collatum est premium, ad quod illi per tot discrimina peruenerunt. Sic tu, domine, armentarios statim facis prophetas, opiliones reges, thelonearios apostolos, piscatores doctores. Neque ab his quos sanas lente languor abscedit, sed ilico quem restituis ex integro conualescit, quia consummatum est quod facis et perfectum quod largiris. Hanc dei gratiam recolens qui de sacro calice bibit amplius sitit et ad deum uiuum erigens desiderium ita singulari fame illo uno appetitu tenetur, ut deinceps fellea peccatorum horreat pocula et omnis sapor delectamentorum carnalium sit ei quasi rancidum radensque palatum acute mordacitatis acetum. Ad hec inter sacra misteria ad gratiarum actiones conuertitur et (inclinato capite munditia

---

23.1 See Act. 7.55
2-3 Ioh. 21.20-22 (Vg: et recubuit in cena super pectus eius)
3 Cf. II Cor. 12.7 3-4 E.g. Hebr. 11.32-40
6 See Am. 1.1 7 See I Reg. 16.11; Matth. 10.3, 4.18
11 Ps. 41.3 (Vg: sitivit anima mea ad Deum fortem: vivum)
16 Ioh. 19.30

23.1 amplius om. O
2 dilectus tuus optinuit B

cordis adepta) se intelligens consummatum restitutus peccator sanctificatam deo animam quasi depositum custoditum fideliter reddit et deinceps cum Paulo gloriatur et letatur dicens, Viuo iam non ego. Viuit uero in me Christus.

(24) Hec in Christi commemorationem retractantur a fidelibus et defecatis animis carnis eius edulium non est horrori, sed honori potuque sancti et sanctificantis sanguinis spiritus delectatur. Hec quotiens agimus, non dentes ad mordendum acuimus, sed fide sincera panem sanctum frangimus et partimur, dum quod diuinum et quod humanum est distinguimus et separamus itemque, simul separata iungentes, unum deum et hominem fatemur. Sed et nos ipsi corpus eius effecti sacramento et re sacramenti capiti nostro conectimur et unimur, singuli alter alterius membra. Min-

---

16-17 Cf. Luc. 18.13
18 I Tim. 6.20 (Vg: custodi)
19-20 Gal. 2.20
24.8-9 Cf. I Cor. 10.16-17; Eph. 1.22-23
9 Rom. 12.5

16-17 inclinato... adepta. Cf. Benedicti Regula VII.170-171 (ed. Schmitz, p. 59).
24.4 non dentes, etc. Augustine, Tractatus in Iohannis euangelium XXVI.12 (ed. R. Willems, CCSL XXXVI, p. 266); John Scotus Eriugena, Commentarius in Iohannis euangelium I.xxxi.76-77 (ed. Jeauneau, SC 180, p. 178 with note); Paschasius Radbertus, De corpore et sanguine domini XVI.12-14 (ed. Paulus, CCCM XVI, p. 98).
5-6 dum quod... separamus. Cf. John Scotus Eriugena, In ierarchiam coelestem I.584-594 (ed. J. Barbet, CCCM XXXI, p. 17).

---

18 sanctificatam] sanctam O sanct. deo animam] sanct. animam deo O, deo animam sanct. L
19 gloriatus B
24.1 commemoratione Ce retractantes PMT
6 quod om. O est om. L distringuimus L
9 singuli] singulariter L alter om. L

isterium dilectionis pro inuicem exibentes communicamus caritate, participamur sollicitudine, eundem cibum manducantes et eundem potum bibentes, quod de petra spiritali profluit et emanat. Qui cibus et potus est dominus noster Iesus Christus.

PL 1650

9-10 Cf. Ioh. 13.35
11-12 I Cor. 10.3-4 (Vg: eandem escam spiritalem manducaverunt et omnes eundem potum spiritalem biberunt bibebant autem de spiritali consequente eos petra)

11-12 et eundem potum, etc. Cf. Augustine, Tractatus in Iohannis euangelium XXVI.12 (ed. R. Willems, CCSL XXXVI, p. 266).

---

12 quod ad qui mut. CBO, qui e spirituali LO

VII. DE ABLVTIONE PEDVM

PL 1650 (1) Iam sacramenta corporis sui apostolis dominus distribuerat, iam exierat Iudas, cum repente de mensa surgens linteo se precinxit et ad genua Petri, lauaturus pedes eius, ipse genibus flexis dominus seruo consummate humilitatis obtulit famulatum. Et ne quid consummationi doctrine deesset, inter fixa et immobilia precepta et ea que moueri possunt et repeti distinctionem posuit, ut (ceteris immutabiliter semel statutis) ultima lauachri species cotidianis expiationibus commodata commendaretur fidelibus et, sicut lex per singulas offensiones propria sacrificia requirebat, unum figeretur fidei christiane

---

1.1-2 See Maith. 26.20-29
2 See Ioh. 13.30
2-3 See Ioh. 13.4ff.
9-10 Perhaps Leu. 4 passim

1.8-9 ultima lauachri... fidelibus. See Bernard of Clairvaux, Sermo in cena Domini 4 (LTR, vol. V, p. 70f.) & A. Malvy, Dictionnaire de théologie catholique, tome IX, pte. 1, coll. 32-34.

Tit. PMTLe (L autem recentiore manu in spatio uacuo) Item sermo in cena domini de ablutione pedum O De ablutione pedum post cenam CB
1.1 dominus apostolis CBL
4 domino P
10 figetur M

remedium, ad quod curreret, quotiens se cognosceret offendisse. Quod quidem Petro nondum fuerat reuelatum, quippe qui huius traditionis nondum audierat disciplinam.

(2) Docetur ergo que sit baptismi et aliorum sacramentorum stabilitas et quantum ad expiationem proficiat humilis pietas et pia humilitas et quomodo omni tempore prosequenda et repetenda sit ablutio pedum, per quam recte cognitam et intellectam adherentes anime sordes cotidiana satisfactione lauantur. Nam baptismum repeti ecclesiastice prohibent regule et semel sanctificatis nulla deinceps manus iterum consecrans presumit accedere. Nemo sacros ordines semel datos iterum renouat. Nemo sacro oleo lita iterum linit aut consecrat. Nemo impositioni manuum uel ministeriis derogat sacerdotum, quia contumelia esset Spiritus sancti, si euacuari posset quod ille sanctificat uel aliena sanctificatio emendaret quod ille semel statuit et confirmat. Ipse summus sacerdos sui est sacramenti institutor et auctor. In ceteris homines Spiritum sanctum habuere doctorem et sicut par est Spiritui sancto et Christo diuinitas, ita in suis institutis equa est auctoritas et potestas nec minus ratum est quod dictante Spiritu sancto apostoli tradiderunt quam quod ipse tradidit et in sui commemorationem fieri precepit. Manet

---

2.10-11 Hebr. 10.29 (Vg: Spiritui gratiae contumeliam)

---

12 nondum Petro O
13 nondum om. O
2.2 ad expiationem] expiatione O
6 perhibent er, sed corr. d
12 emendaret ad emun- mut. CB
16 ratum] rarum Be
18 fieri] facere C

singulis propria dignitas et uniformis in suo genere stat actio omnium. Nichil addi, nichil subtrahi, nichil potest corrigi uel mutari.

(3) Ornata et honorata erat ecclesia quasi paradisus, in amplitudinis sue umbilico fontem continens gratie singularis, flumina creans in uitam eternam salientia, uiuam habens originem et decursum perhennem. Hinc egredientia quatuor euangelii flumina per uniuersum mundum secum regenerationis euehunt lauachrum et de abdito et secretissimo Spiritus sancti munere huius gratie ubique liquor emanat, sic lauans quos parentalis labes infecerat, ut nec actualis nec originalis macula aliqua sui post ablutionem illam uestigia derelinquat. Preteritis lotis uita deinceps arbitrio est proprio deducenda, ita tamen ut
PL 1651
actualibus aliquando recrudescentibus iam non imputentur originalia nec propter illa dampnationi obnoxius sit, cui semel illa sunt in baptismo indulta. In originalibus enim corruptio nature abici et exterminari meruerat, sed quia non erat uoluntas in culpa, prouidit deus generali dampnationi remedium et sue

---

3.2-3 Ioh. 4.14 (Vg: fons aquae salientis); cf. Ioh. 7.38; Apoc. 22.1
4-5 Cf. Gen. 2.10

---

19 singuli e
3.7 ubique om. e
8 aliqua per corr. ineptam ad -quam mut. L
11 imputentur] -ter PM, -denter T, per corr. paenultimae syllabae L
12 ille post sit add. O
13 in baptismo sunt illa C
13-14 nature corruptio L

sententiam iusticie temperauit, hereditarium onus a sobole remouens et misericorditer ablutione et unctione medicinali corruptionis primitiue fermentum expurgans. Sed in eos qui post indulgentie huius gratiam uoluntarii per peccata euagati sunt, qui proprio abutuntur arbitrio et uoluntate, non necessitate ducuntur, indignatio et ira non immerito redit nec in morte Christi aliquis eis superest questus, sed iustissime eos beneficia contempta condempnant.

(4) Nunc contemptum suum non statim ulciscitur deus nec per singulas offensas iudicantis ira discurrit nec obstrusit fonti misericordie sue ostia meatusque multiplices, sed obuiat fugientibus et cogit regredi desperatos, ostendens eis penitentie uiam, qua nulla latior inuenitur, et reuersis dat, ut iterum eis possint sacramenta iniuriata prodesse, quorum si penitentia non subesset, nullo modo deinceps experiri possent effectum. Propter hoc, benignissime domine, pedes lauas discipulis, quia post baptismum et eucharistiam, que sui reuerentia non patitur iterari,

---

18 Cf. I Cor. 5.7

4.2-3 fonti misericordie. See Augustine, Enarrationes in Psalmos VI.10.3 (ed. E. Dekkers & J. Fraipont, CCSL XXXVIII, p. 33).

---

17 ablutione] absolu- LB
4.1 Nunc] nec tamen L
2 offensas] -siones O discurrit] consurgit C obstrusit ad -uit mut. CB, -xit MTO. Cf. Augustin., Contra Cresconium Donatistam III.xliii.47, exundantes venas latenter pulvis obstrusit (cit. in Blaise, s.v.)
5-6 possint eis L
6 iniuriata sacramenta L
8 lauans L

aliud lauachrum procurasti, quod nunquam debeat intermitti. Tamen ipse quod doces facis, ut quanti questus hoc opus sit ex tua bonitate discamus et inclinata ad pedes nostros altitudine tua stans aduersus proximum et erigens se contra deum confundatur superbia hominum et ad humilitatem dei nouerit de se humilia sapere lutum.

(5) Pauent discipuli nec audent obloqui (et quasi extasis teneat eos uel mens alias rapta peregrinetur) nec magistro resistere. Neque quid hoc sit uel cur fiat inquirunt. Solus Petrus sciens quia perhibuerat ei testimonium, quod Filius dei uiui esset, et quia uerba uite eterne haberet, iudicans apud se indignum et inconueniens sanctum sanctorum flectere genua ad pedes peccatorum, Neutiquam, inquit, tu michi pedes abluis. Et huius humilitatis sustinere obsequium non est nostrum, qui adorare debemus in loco ubi stant pedes tui, et satis est nobis quod sicut catuli de mense tue reliquiis manducamus. Hoc in muliere peccatrice aliquando passus es nec dedignatus in mensa sollempni (multis conuescentibus) infamis persone suscipere famulatum, cuius deuotio usa est ibi capillis pro linteo, oculis

---

5.4-5 See Matth. 16.16; Ioh. 6.69
7 Ioh. 13.8 (Vg: non lavabis mihi pedes in aeternum)
9 Ps. 131.7 (Vg: adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius)
10 See Matth. 15.27

---

13 proximus e
5.2 nec] neque L
3 resistunt L fiant O
7 Neutiquam] nunquam MTO, Ne unquam CBL abluis pedes B ablues MTO
11 es] est e es post dedignatus add. e

pro catino, lacrimis pro baptismo. Tetigit, lauit et unxit unguento. Mactata intrinsecus anima proprium in sancta sanguinem intulit. Singula suum prebuere ministerium. Cor contritum erupit in lacrimas, fides lauit, caritas unxit. Hec mul[i]er in conspectu tuo congerens holocausta de fonte cordis fletus hausit quos protulit, de penitentie pixide unguenta que obtulit caputque pro subpedaneo strauit, crinibus circumfusis pedes sacros inuoluit et tersit. Nichil sibi de se retinens totam se tibi deuouit et tu affectum potius quam factum attendens ungebas unguentem, abluebas lauantem, tergebas intrinsecus penitentem. Superbo oculo Symon leprosus hanc clementie tue diligentiam non poterat intueri, sed moleste ferebat quod tangi se ab huiusmodi persona dominus sustinebat. Qui si lepre sue te attenderet mundatorem, non dedignaretur si de plenitudine gratie tue alii accipiant, si lauas immundos, si iustificas impios, si reuocas exules et abiectos.

PL 1652

10-15 See Luc. 7.37-38
16 Ps. 50.19
24-26 See Matth. 26.6
28 Cf. Rom. 4.5

5.22 Et tu... attendens. Cf. Peter Abelard, Ethica, ed. Luscombe (Oxford, 1971), p. 44, ll. 26-30.

---

17 erupit] exu- e, sed corr. r fide L
18 hausit fletus B
20 crinibusque L
25 se ad te mut. CB
26 sustinebat ad -bas mut. CB

(6) Honor tuus, deus, iudicium diligit et equum est, ut omnis terra adoret te et in nomine tuo omne genu flectatur. Verum quod ante figmentum tuum curuaris, quod seruis pedes abluis, non competit maiestati. Habebat in excusatione sua zelum dei Petrus, sed non secundum scientiam, et tolerabile aliquo modo uideretur quod humilitas suggerebat, si non obstinatio resistere preceptori niteretur. Non lauabis, inquit, michi pedes in eternum. Ego si oportuerit me mori tecum, paratus sum. Hoc enim debeo, hoc amplector. Pro te libenter ceruicem porrigo percussori, sed deum meum et dominum meum ad pedes meos prostratum non patior, non audeo sustinere.

(7) Simili modo et Iohannes uenienti domino ad baptismum temptauit resistere, sed mansuetius increpatus ilico obediuit et quia super hoc etiam responsum acceperat, licet territus, adquieuit. Sed differentiam cause huius Petrus intelligens lauare magistrum et obsequi ei tolerabile iudicabat. Lauari

---

6.1 Ps. 98.4 (Vg: regis)
2 Ps. 65.4; Phil. 2.10 (Vg: ... Iesu... flectat)
5 Rom. 10.2
7-8 Ioh. 13.8
8 Luc. 22.33 (Vg: tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire)
7.1-2 See Matth. 3.14-15
3-4 See Ioh. 1.32-33

6.1 diligit] eli- C
2 te om. L
3 tu post quod[1] add. e
5 non om. L
6-7 preceptori resistere B 7 michi inquit LB
9 hoc] quod O
10 dominum... deum C
7.4 differentiam] diffiden- L

autem ab eo et tantam humilitatis eius pati deiectionem ita uidebatur indignum, ut omnino cogi non posset, nisi interminatio periculosissima coartaret. Ait ei dominus, Nisi lauero te, non habebis partem mecum. Paulatim misterii huius declaratur necessitas, quam conditio proposita ineuitabilem reddit. Et si cum Christo aliter partem habere non possumus, nisi ipse pedes nostros abluat, quandoquidem sic artatur consensus, lauet et tergat et sacramenti huius nobis uirtutem exponat.

(8) Supra diximus semel lotos baptismate eodem lauachro ulterius non egere. Sed hoc lauachrum cotidianis est excessibus institutum. Et iugis retractatio usque ad nouissima ueniens omnia debet opera et cogitatus singulos perscrutari et affectus per uitia discurrentes, uagam instabilemque animam per inania euehentes, corrigere et lauare nec quicquam in uita pretermittere indiscussum, quod gemitibus et suspiriis non fuerit expiatum. Hoc cum dominus suos usque in finem discipulos dilexisset, in fine statuit et dixit neminem posse habere perfectam ablutionem, nisi hac sollicitudine muniatur. Mandatum igitur simul et exemplum complexus est, ut hoc exemplo instructi non dedignarentur in alterutrum agere quod actum est a magistro et mandato

---

8-9 Ioh. 13.8 (Vg: si non... habes)
8.8 Ioh. 13.1 (Vg: cum dilexisset suos... in finem dilexit eos)

---

8 periculosissima] per ierosolima L
13 uirtutem nobis C (uocabulo secundo superscripto)
8.5 inaniam L
7 fuerit ex -erat corr. C, -erat PMT
8 in[1]] ad L
12 mandata L

PL 1653 posteris religionis huius auctoritas firmaretur. Vnde et subiungit, Si ego dominus et magister laui uestros pedes, et uos debetis alter alterius lauare pedes. Non erubescat seruus si facere iubetur quod prior fecit dominus nec difficile nobis esse debet, si sicut ille nobis donauit et nos inuicem condonamus, quia alter alterius onera comportantes sic legem Christi implemus.

(9) Quotiens igitur cohortamur pusillanimes et his, qui Pharaoni in luto et latere famulati sunt, persuademus, ut exeant de Egipto; quotiens cum infirmis infirmamur et cum his, qui scandalum ferunt, urimur; quotiens cum afflictis gemimus, totiens inherens lutum peccatorum, qua possumus sollicitudine, lauamus, non quod nostra ablutio ex nobis sufficiat, nisi ad lauandum omni tempore nos pius magister accedat. In hoc se periculo fluctuantem laborans anima in Canticis canticorum conqueritur. Laui, inquit, pedes meos. Quomodo inquinabo illos? Quod ablutum est

---

14-15 Ioh. 13.13-15 (Vg: Si ergo ego lavi vestros pedes Dominus et magister...)
18-19 Gal. 6.2 (Vg: portate et sic adimplebitis)
9.1 Cf. I Thess. 5.14
2 See Ex. 1.14
3-4 See II Cor. 11.29
6 Cf. II Cor. 3.5
8-9 Cant. 5.3

---

13 huius religionis O huius om. e
13-14 subiunxit CO
17 condonemus L
18 portantes L
9.2 in ante latere add. B
6-7 nos omni tempore O 7 accendat L
7-8 fluctuante L
9 inquit] ait O

timet iterum inquinare, sed in uia lutulenta uix aliquid solidum ubi pedem figat inuenit et in quibus sepe prouoluta est paludum inquinamenta formidat.

(10) Clementissime magister, quotiens ego doctrine tue transgressus sum regulas! Quotiens edicta tua, domine sancte, contempsi et, cum diceres michi reuertere, non sum reuersus! Cum minareris, non timui. Cum bonus esses et lenis, exasperans fui. Vltra septuagies septies in celum et coram te peccaui. Quis tot sordes abluet? Quis abradet stercora conglobata? Quicquid dicat Petrus, necesse est, ut ipse nos abluas. Neque enim lauare nos possumus, sed in omnibus que agimus indulgentie tue lauachro indigemus. Ad mense tue participationem Iudas proditor est admissus, sed ab hoc lauachro salutari exclusus lauari in fine non potuit, quia apostolatus sui honorem detestabili cupiditate fedauit. Quia uero apud te fons uite est et miserationum, que a seculo sunt, profunditas infinita, quos abluisti baptismo, quos lauasti sanguine tuo, quos semper lauas cotidiana peccata

---

10.3 Cf. Ier. 3.7
5 Matth. 18.22 & Luc. 15.18,21 (Vg: peccavi in caelum)
6-7 See Ioh. 13.8
9-11 Cf. Ioh. 13.17-18
11-12 See Ioh. 12.6
12 Ps. 35.10 (Vg: quoniam)
12-13 Ps. 24.6 (Vg: miserationum tuarum Domine et misericordiarum tuarum quia a saeculo sunt)

10.3 diceres] -cens L
6 abluat L abradat LB
9 ille post proditor add. O
9-10 admissus est L
12 est post te transp. L

donando, transfer a paludibus seculi huius et luto uite presentis ad purgatissimum glorie tue regnum ubi nec scabies ulla nec lippitudo, ubi nemo fluxum seminis patiens, nemo immundus, ubi nullo amplius opus est lauachro, configurato corpori claritatis tue corpore nostro. Secundum promissa tua necesse est, ut impleas et qui incepisti in nobis opus bonum perficias solidesque per Christum dominum nostrum.

18-19 Phil. 3.21 (Vg: corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae)
20 Phil. 1.6 (Vg: qui coepit in vobis opus bonum perficiet)

10.17 ubi nemo... patiens. Cf. John Cassian, De institutis coenobiorum VI.11 (ed. Guy, SC 109, p. 274).

---

15 huius seculi B
16 purgatissimum] pregra- erd, sed corr. Pamelius, ut uid.
17 seminis] sanguinis e
18 est opus C
20-21 per... nostrum om. O et sqq. subst. Qui uiuis et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen

VIII. DE VNCTIONE CHRISMATIS ET ALIIS SACRAMENTIS

PL 1653 (1) Dies ista multiplicibus misteriis honoratur. Hac die primum commendata est nobis fractio panis et mensa ecclesie panem angelorum hominibus proposuit ad manducandum. Hodie Christus pedes lauit apostolis et hoc sollempni deuotione omni tempore agendum instituit. Hodie in ecclesia cum ceteris unctionibus ad PL 1654 populum adquisitionis sanctificandum in participationem dignitatis et nominis sacrum chrisma conficitur, in quo mixtum oleo balsamum regie et sacerdotalis glorie exprimit unitatem, quibus dignitatibus initiandis diuinitus est unctio instituta. Hodie reconciliantur ecclesie peccatores et eiecti foras ad matris ubera reducuntur et exclusi a cetu sanctorum ad communionem, qua caruerant, reuertuntur. Hodie patent carceres et dampnati libertate donantur. Seueritate deposita hodie iudices

---

1.2-3 Ps. 77.25
6 I Pet. 2.9 (Vg: populus)
7-8 See I Pet. 2.9

Tit. PMTCBLe (licet manu recentiore in spatio uacuo exhib. L)
Sermo in cena domini de oleo misericordie O
1.1-2 nobis post die transp. L
7 chrisma sacrum B
10 eiecti] uecti L

mansuescunt et undique coniugata pietatis negotia quasi abortiuas traditiones antiquas sepeliunt et christiane religionis parturiunt nouitatem.

(2) Mortuus quippe est Moyses et ueteris littere putruerunt enigmata. A facie noui olei desiccate sunt unctiones antique. Tota ueteris instrumenti incompacta est strues, tabernaculum demolitum, archa ab allophilis rapta. Totus templi decor ad Assirios est translatus. Neque enim decebat, ut christiana religio ornamentis uisibilibus occupata in manufactis delectaretur, sed ipsa tabernaculi consumptio et templi ruina et sancta in rapinam exposita excellentioris glorie intimarent stabilitatem et manentia in perpetuum sacramenta cultores suos ad intuitum inuisibilium informarent et abstractum a corporalibus desiderium nostrum celestis templi concupisceret et ambiret decorem. Cuius nec antiquatur nec senescit religio, in quo lucerna inextinguibilis sine fine choruscat, ubi sanguis animalium non infertur in sancta nec sunt hereditarie successiones pontificum uel uni Leuitidi tribui ministeria assignata, sed de omni tribu

---

2.4-5 See IV Reg. 24.13
6 Hebr. 9.24
12 Hebr. 8.13 (Vg: et)
13-14 See Hebr. 9.12
14-15 Cf. Hebr. 7.11,23

2.5-6 Neque enim..., delectaretur. Cf. Bernard of Clairvaux, Apologia ad Guillelmum abbatem XII.28 (LTR, vol. II, p. 105, ll. 1-8).

2.9 perpetuum] eternum O
15 Leuitidi] conieci, -tii P, -tici MTLe, -tice CO, -tici ad -tice mut. B (cf. Prudentii Psychomachia 502, gentis Levitidis una/semper fida comes, LCL, vol. I, p. 314, cit. in LS)

et gente et lingua, quos dignos et idoneos diuina probat electio, secundum uite, non generis meritum statuit sacerdotes, quibus calicem sanguinis sui (inexauste plenitudinis habundantia semper refertum) conseruandum tradidit et erogandum, cuius aspersione et communione intus et extra corda et corpora mundarentur.

(3) Hodie, ut diximus, unguentum ad sanctificationem paratur, cuius fraglantia adolescentule et nouelle anime accedentes ad fidem, illecte delectantur et, ex inanitionis eius suauitate delibute, diligunt et secuntur aromatum largitorem et usque ad regis accubitum spiramine illo trahuntur et post odorem illum (ubique desiderio sancto perurgente) sitibunde discurrunt. Nichil hoc oleum commune habet cum liquoribus, qui ex quorumdam fructuum pinguedine exprimuntur, nec uis eius est in crassitudine penetratiua, que secundum quasdam naturales rationes emollit et temperat spissamenta humorum, quas solet intrinsecus astringere siccitas aliqua uel corruptio conglobare. Non hec medendis corporibus est unctio instituta, quia sanctificatis elementis iam non propria natura prebet effectum, sed uirtus diuina potentius operatur: sed adest ueritas signo et Spiritus sacramento, ut et ipsis rerum efficientiis gratie dignitas pateat et interiori

---

15-16 Apoc. 5.9 (Vg: ex omni tribu et lingua et populo et natione)
3.5 See Cant. 1.11

15-16 gente et tribu L
18 sui sanguinis O
19 refertum] -tur PMT, ex -tur corr. C
3.7 qui] que Pe (qui r) et fort. T, ex que corr. B
8 exprimitur e, sed corr. r
14 spiritu O et^2] in L

homini quanta ex his detur auctoritas deiformi conuersatione et
PL 1655 celestibus moribus innotescat. Hoc oleo antiquitus sacerdotes sacrabantur et reges et ipsi altarium lapides delibuti spiritualem intelligi uolebant sacris misteriis inesse pinguedinem. Et sicut oleum fluentis et humidis quibuslibet superfertur, ita excellentia sacerdotalis et regie dignitatis, secundum formam dei et Christi sub se omnia continens, regimen et munimen tam actiue quam contemplatiue uite obtinet et ex hoc humore constat descendere omnes gratiarum diuisiones, quas Spiritus sanctus, prout uult, singulis distribuit et largitur.

(4) Ex huius unctionis beneficio sapientia nobis et intellectus diuinitus datur, consilium et fortitudo celitus illabitur, scientia et pietas et timor inspirationibus supernis infunditur. Hoc oleo uncti cum spiritualibus nequitiis colluctamur, nec fetoribus spuriis imbui possumus, qui balsami spiritualis odore fraglamus. Hoc oleum a creditorum usuris sub Heliseo propheta mulierem pauperculam liberauit. Hoc Helie tempore Sareptenam pauit nec lechitus trina effusione defecit. Hoc oleo Iacob lapidem quem supposuerat capiti unxit et familiari

---

24 I Cor. 12.4 (Vg: divisiones vero gratiarum)
4.1-3 Is. 11.2 (Vg: spiritus sapientiae et intellectus...)
4-5 Eph. 6.12 (Vg: conluctatio... contra spiritalia nequitiae)
6-7 See IV Reg. 4.1ff.
7-8 See III Reg. 17.8ff.

---

19 misteriis sacris C
4.1 et post beneficio add. e
3 et[1] om. L
5 spuriis] spurcitiis cum duobus syllabis ultimis in ras. L
9 suo post capiti add. O

mandato eruditus, inter sacramenta ascensionum et descensionum et discursus angelicos innixum scale sublimi uidens deum, quid uirtutis hec haberet unctio intellexit. Moyses hoc oleo tabernaculum et sacra uasa perunxit et super caput Aaron tanta habundantia fudit, ut usque in barbam eius descenderet et super horam uestimenti manaret. Samuel quoque ad reges initiandos sine oleo non accedit et usque ad defectum et reprobationem carnalium cerimoniarum in populo illo huiusmodi perseuerauit traditio: sed uasis Iudaicis deficientibus defecit gratia et stetit oleum. Impletis uasis propheticis et sanctis regibus ad patres appositis, in apostasiam et discolatum uersum instabile uulgus in se non retinuit locum, quem posset Spiritus sanctus inhabitare, et uasa amurca plena non suscepere liquorem steteruntque in summo feces, que longo situ induruere, et ubi domicilium religionis fuerat, sterquilinium peccati computruit.

(5) Nec tamen (cessantibus his, que ritu antiquo inoleuerant) cum iam in populo christiano circumcisio uideretur

---

9-11 See Gen. 28.18, 12f.
12-13 See Ex. 40.9-10
13-15 See Ps. 132.2
15-16 See I Reg. 10.1, 16.13

4.20 discolatum. ='truancy', perhaps. See R.E. Latham, Revised Medieval Latin Word List from British and Irish Sources (London, 1965), p. 159.

---

11 innixu L
16 et[1]] etiam L
18 gratia et om. L et add. et gratiam post oleum
5.1 antiquo ritu L

dampnabilis et sacrificia ydolatrie imputarentur, unctionis misterium religio christiana contempsit, sed (ceteris generali sanctorum consensu dampnatis) non solum in regibus et sacerdotibus unctionis honor permansit, sed in omnem populum catholicum effusa est huius gratie plenitudo, ut sicut Christus a chrismate dictus est, eo quod singularis excellentie oleo unxerit eum deus, ita et participes eius quotquot sunt consortes sint tam unctionis quam nominis et dicantur a Christo christiani, ut sint sui Christo duce rectores et duces et offerant deo cotidianum sacrificium, ordinati adeo sanctimonie sacerdotes. Nec immerito huic diei assignata est tanti operis causa et ex hoc sacramenta hec obtinuere initium. Quo hodie in sacramento calicis Christi et ecclesie unitas, in lauachro pedum concors societas, et donans
PL 1656
inuicem caritas et subiecta humilitas, in unctione christiani nominis dignitas et excellentie spiritualis proprie data est et confirmata filiis adoptionis, perpes auctoritas et dignitas perseuerans.

(6) Dedit itaque dominus noster in mensa, in qua ultimum cum apostolis participauit conuiuium, propriis manibus panem et uinum. In cruce manibus militum corpus tradidit uulnerandum, ut

---

5.10-12 Cf. I Pet. 2.9
18 Cf. Gal. 4.5

---

6 sed] si er, si om. d, sed suppl. ante Pamelium aliquis castigator et post sed add. CB (hic per superscr.)
7 ut] emend. Pamelius, et omnes testes priores
13 assignata est huic diei L
14 quo] quod CB (ille a. corr. fort. quo)
18 et om. PMTCBO
6.1 in qua om. O
3 vero post cruce add. e

in apostolis secretius impressa sincera ueritas, et uera sinceritas, exponeret gentibus: quomodo uinum et panis caro esset et sanguis et quibus rationibus cause effectibus conuenirent et diuersa nomina uel species ad unam reducerentur essentiam et significantia et significata eisdem uocabulis censerentur, ut sacramentum et res sacramenti, ueritas et figura usque adeo indiuulsam haberent efficientiam, ut dicatur de gentibus et Iudeis, quia eandem escam spiritalem manducauerunt consequenti petra, que erat Christus. His gratie superne priuilegiis esu sanctificati panis et mense celestis pasti, loti et uncti, non eam quam amiserant, sed ampliorem et digniorem recuperant libertatem et eiecti de paradiso nudi ad lignum uite hodie reuertuntur uestiti (reddita stola et anulo prolato in medium) et reconciliantur matri ecclesie, quos inobedientie malum foras expulerat, et cherubin flammeum gladium ab introitu tranquilli status et innocue conuersationis amouit.

6.11-12 I Cor. 10.3,4 (Vg: bibebant autem de spiritali consequenti eos petra petra autem erat Christus)
15 See Gen. 3.24
16 See Luc. 15.22
18 Gen. 3.24 (Vg: cherubin et...)

---

8 et om. O
8-12 ut... Christus om. e (v. supra, p. 33f.)
11 spiritualem L consequente L eos post consequenti add. CBLO (C per corr.) 12 erat] est L
13 et mense celestis om. e pasti] refecti e
16 uestiti ad uetiti mut. O
18 a ante cherubin add. PMT et post cherubin add. B

(7) Hodie in terra maledicta relictis rastris et graui uomerum pondere et stimulis fatigatorum boum cruore perfusis, deterso sudore uultus exusti caloribus, attriti laboribus, hilari facie, stellaribus oculis in capite micantibus, corpore candido ornatu composito, ad paternam domum exules reducuntur et egressus obuiam reuertenti filio letabundus pater clementiam improperio non corrumpit nec indulgentiam fedat conuitiis, sed bonitatis sue honorat magnificentiam et hilaritate magnificat largitatem. Resonant in susceptionis huius sollempniis musica instrumenta et communis iubilatio pari consonantia Patri misericordiarum gratias agit, cuius imperio antiquam predam euomunt inferi, ligantur demones et (disruptis ferreis nexibus) diu quassati liberi reuertuntur. Hec dies nocti illi contigua est, qua absolutionis nostre negotium dominus inchoauit, qua a principibus sacerdotum ad Romanum presidem ductus iudex omnium sustinuit iudicari, passus est rex illudi et uita occidi. Descendensque ad inferos

---

7.1 Gen. 3.17 (Vg: maledicta terra)
3 Gen. 3.19
5-8 See Luc. 15.20ff.
9 See Luc. 15.25
10 II Cor. 1.3 (Vg: Pater)
14 Matth. 27.1 (Vg: princines)

7.13 Hec dies... contigua est. Cf. Augustine, Epistola XCVIII.9 (ed. A. Goldbacher, CSEL, vol. XXXIV, pt. II, p. 530f.)

7.2 pondere uomerum C
3-5 attriti... composito om. e
6 filio reuertenti L
7 bonitate sua L
9 susceptiones erd, sed ad -ne mut. aliquis ante Pamelium
castigator huius om. O sollennis e

captiuam ab antiquo captiuitatem reduxit, hoc ecclesie sue hodierna traditione exemplum relinquens, ut fieret in ecclesia absolutio peccatorum et hereditati redderentur eiecti et precedentibus beneficiis, que supra enumerauimus, libertate donarentur penitentes, qui secundum merita, nisi gratia subueniret, fuerant condempnati. Et omnino conuenit, ut eo tempore quo Christus captiuos eduxit ab inferis, reconciliati peccatores ad ecclesiam reducantur et quo confracta sunt infernalis repagula carceris, iudiciaria seueritas mansuescat et quo ab infernalibus tormentis cessatum est, humana supplicia crudelitatis horrorem deponant.

16-17 See Eph. 4.8
23 Cf. I Pet. 3.19

23-24 reconciliati... reducantur. On the Maundy Thursday 'Reconciliation of the Penitents', see H. Thurston, S.J., Lent and Holy Week (London, 1904), pp. 309-314.

---

17 sue eras. O
23 eduxit] re- CO, ad re- mut. B
26 supplicia] stulti- O
27 deponat O

IX. DE PASSIONE DOMINI

PL 1656 (1) Domine, audiui auditum tuum et timui. Terruit me, cum appropinquaret traditor Iudas et immineret passionis hora, quod dixisti ad Patrem, Pater, si fieri potest, transeat a me calix

PL 1657 iste, et tristem te usque ad mortem, pre nimia anxietate sanguineo sudore perfusus, coram apostolis es professus. Audiens hec ego expaui. Quis enim non timeat, si timet ille, quem omnia timent, si paueat ille, cui omne genu curuatur, si ille, qui mors est mortis et morsus inferni, morte propinquante pertimescit? Nonne ad hoc ueneras et ita futurum ipse predixeras? Nonne hoc et signa et oracula et uaticinia prophetarum a mundi initio

---

1.1 Hab. 3.2 (Vg: auditionem tuam)
3-4 Matth. 26.39 (Vg: mi Pater si possibile est); Marc. 14.35 (Vg: si fieri posset transiret...)
4 See Matth. 26.38
4-5 See Luc. 22.44
6-7 Cf. Ps. 32.8
7 Is. 45.23
7-8 Os. 13.14 (Vg: ero mors tua o mors ero morsus tuus inferne)
9 Cf. Ioh. 12.27

Tit. PMTL De passione e Sermo de passione domini CB In parasceue O
1.4 te] tibi L
6 ego om. L
9 ipse] esse O

conclamarunt? Si uoluntarie obedisti Patri et non te, ut patereris, coegit necessitas, quid quereris, quid causaris? Nonne tu docueras et instruxeras fideles tuos, ut non timerent eos qui corpus occidunt, quia usque ad animam tyrannica uiolentia non attingit?

(2) Sed metus ille infirmitatis humane communem exprimebat affectum: et generalitatem omnium in carne uiuentium hoc dolore urgeri et dissolutionem corporee spiritalisque nature hac molestia non posse carere et hanc penam uniuerse successioni Adam sine exceptione impositam, ut difficultas extremi transitus timeretur. Et hec quidem molestia in eos, qui dei iudicio rationem reddituri occurrunt, non immerito cadit, qui, de eo quod beneficio uite et rationis et reliquorum largitate munerum abusi sunt, accusante conscientia redarguti examen illud, in quo nullum est subterfugium, timent. Et ipsa auulsio spiritus carnis teneritudinem disrumpit et ledit. Hanc nemo anxietatem euasit et nemo egrediente anima sine amaritudine expirauit. Sed tu, domine, qui iudex es omnium, qui potestatiue ponis animam tuam et potestatiue resumis, nec pena te ex necessitate persequitur nec formidabilis Patris tibi potest esse conspectus, quid anxiaris? Quid tremebundus ad orationem discurris? Dormitantibus apostolis

---

9-11 Cf. Luc. 24.27
11-12 Cf. Ioh. 10.18
13-14 Matth. 10.28 (Vg: nolite timere... occidunt corpus)
2.1-2 Cf. Hebr. 5.7
13 Hebr. 12.23 (Vg: iudicem... Deum)

---

12 causaris] curaris L
14 ad om. B
2.10 timent] -eret L auulso L

peruigil proditorem expectas. Nec tamen te abscondis, sed obuius in aduentum eorum procedis, qui te ligare ueniunt et trahere ad Pilati tribunal, quos Iudas signifer instructa malignitate precedit.

(3) Audiui, domine, auditum tuum et expaui, dum queris a querentibus te quid querant, cum noueris quod te querant et dixisti eis te esse Iesum Nazarenum. Inuasit ilico timor tuus eos, quos tu timueras, et prostrati solo iacuere exanimes et armatam cohortem uox unius hominis terruit et latens in humanitate omnipotentia se discipulis pauidum, coram persecutoribus terribilem exhibebat. Sed ut fieret uoluntas Patris et sacrificium carnis a timore et tristitia inchoaret, suberant uictime desolatorii carbones, quos obedientie liquefactus adeps extinxit et, cum traheretur uinctus ad presidem, non supplicauit

---

16-17 See Matth. 26.38-44
17-20 See Ioh. 18.4
3.1 Hab. 3.2 (Vg: Domine... auditionem tuam... timui)
1-2 See Ioh. 18.4
3 See Ioh. 18.5
3-5 See Ioh. 18.6
9 Ps. 119.4 (Vg: cum carbonibus desolatoriis)

3.3-7 Et dixisti... exhibebat. Cf. Arnold, Vita prima Bernardi II.vi.38 (PL 189.290A-B).

---

17 Nec] non O, uocabulis non tamen in ras. inuentis
18 ligare te L
3.2 querant[1]] queratur MTO quod te] quod tu PM, tu quod T, tu quid O
3 eis om. L
4 quos om. L tu] non O
5 hominis om. O
6 pauidis L

apparitoribus, sed Petri compescuit zelum nec gladiorum passus est adhiberi suffragia. Immo et Herodis et Pilati contempsit fastigia nec potuit altitudo potestatum extorquere ad interrogata responsum.

(4) Iam postposito timore, quasi utens potentiori auctoritate inter sputamenta et colaphos et reliqua ludibria patientia et mansuetudine uesanas persecutorum mentes conturbat et, in eo quod inter iniurias et conuicia se malitia Iudaica sentit contemptam, uehementius exacerbatur et de impietate et malitia suauitas pietasque Christi triumphat. Frustra funestas, iudex, manus in pretorio abluis, a sanguine domini te profitens innocentem. Tu ipse causam mortis, cum diligenter inquisieris, te non inuenisse in eo fateris. Ipsa coniunx tua nichil tibi et iusto huic esse mandauerat, quod utique per os eius demonia imminere sibi iudicium sentientia testabantur. Non excusas, sed accusas. Causam tibi facis cum Iudeis communem. Illi se proditione, tu parricidio te condempnas. Illi lingua, tu ferro occidis. Tam te quam illos inaudite crudelitatis scelus

PL 1658

10-12 See Ioh. 18.10-12
12-13 See Luc. 23.1-12
13-14 See Luc. 23.9; Ioh. 19.9
4.1-6 See Matth. 26.67-68
6-8 See Matth. 27.34
8-9 See Luc. 23.4; Ioh. 18.38
9-10 Matth. 27.19 (Vg: illi)

4.9 in eo om. LO
10 demonia per os eius B
11 sentientia] senten- a. corr. PB
12 esse post Iudeis add. O
13 te om. L te post ferro add. C

inuoluit. Veniet anima tua in manus iudicis, quem condempnas, fractisque tribunalibus tuis iudicaberis et demergeris in profundum inferni eruntque tibi et Iude scelerato in tenebris et gehennalibus flammis pene irremediabiles, inconsumptibiles ignes, dolores perpetui et tormenta eterna.

(5) Et quidem filius hominis sicut scriptum est de illo uadit, qui dampnatus est, ut liberaret dampnatos, doluit, ut sanaret infirmos, timuit, ut faceret securos, opprobria pertulit, ut improperia detrahentium non mouerent electos. Deputatus inter impios, quorum alter assumptus, alter reprobatus est, ut daretur exemplum et forma indissolubilis manens in posteros, quia nec in ultimis dei clementia penitentes excludit nec ulla hora sera est, cui compunctio districta occurrit, nec eos, qui uite sue quocumque articulo temporis ueri sunt iudices, iterum iudicari, quia cum iudicis et tortoris uices non parcens peccatorum assumit, semetipsum persequens, dum confessionem confusione honerat, holocausti huius incensio in conspectu dei

---

5.1-2 Matth. 26.24 (Vg: Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo)
3-4 E.g. Matth. 27.29
5 Luc. 22.37 (Vg: cum iniustis deputatus est)
5-6 See Luc. 23.33, 39-43

5.8 compunctio. See J. Leclercq, The Love of Learning, pp. 37-39.

16-18 et iudicaberis in tenebris... scelerato in gehennalibus... exhib. L
5.1 illo] eo O
5 deputatos MT alter assumptus om. O
10 iterum iudicari om. L sibi post uices add. L
11 peccator CBLOe (ras. post syllabam ultimam hab. C)
12 honorat e

ueniam impetrat. Neque enim bis in idipsum iudicat deus, sed impenitentes ipse iudicat et dampnat. Penitentes uero, quia a seipsis suscipit iudicatos, absoluit neque iudicio, quod penitentie humane seueritas protulit, aliquid iusticia celestis apponit.

(6) Iudicati sunt Egyptii, cum in redeuntibus super se maris fluctibus inuoluerentur. Iudicati Sodomite, cum subuersis eorum urbibus flammis sulfureis cremarentur. Sed si in eisdem subuersionibus gemerent penitentes, temporali pene eternalis non succederet pena, sed esset eis pro remedio supplicium et pro absolutione tormentum nec contritos corde eternum contereret et aggrauaret iudicium. Sic in cruce latro confitens non tantum indulgentiam meruit, sed Christi familiaris effectus premissus in paradisum et factus est particeps regni, per confessionem factus collega martirii. Illi uero blasphemo, quia de domini desperauit potentia, nulla potuit subuenire clementia nec potuit illi crucis prodesse consortium, cuius malitiam non expiabat penitentie

---

13 Nah. 1.9 (LXX: οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν θλίψει; Vg: non consurget duplex tribulatio)
6.1-2 See Ex. 14.27
2-3 See Gen. 19.24
6 Cf. Ps. 50.19
7 Luc. 23.40-42
10 See Luc. 23.39

---

13 in idipsum bis O
6.2 obuoluerentur C, ad ob- mut. B
3-4 subuersionibus] -uersibus B, -mersionibus L
4-5 pena post eternalis transp. L
8 est post premissus add. e
9 et om. L factus² om. L
10 quia] qui O
12 malitia PMTLe

lauachrum.

(7) Ascendisti, domine, palmam, quia illud crucis tue lignum portendebat triumphum de diabolo uel de principatibus et
PL 1659 potestatibus et nequitiis spiritualibus uictoriam. Erantque in manibus tuis duo cornua, in quibus erat fortitudo tua abscondita et imperium tuum super humerum tuum. Tu ipse patibuli tui baiulus herebas ligno quod tuleras, euectionis et passionis anxietates sustinens et labores. "Consideraui opera tua et expaui." Clauis sacros pedes terebrantibus fossisque manibus, de uulnerum anxietate non loqueris, de spinis sacrum caput pungentibus non quereris. Sed satagis, ut innotescat posteris quare derelictus a deo uidearis, expositus contumeliis et Iudeorum ludibriis. Causam mortis in te non esse Pilatus ipse predixerat et Cayphas mortem tuam pro inimico populo satisfacturam, cum esset anni illius pontifex, prophetauerat. Tu de morte non agis, de obprobriis non contendis. Sed hoc uis intelligi: que sit causa mortis, quis questus, ut (utraque re

---

7.1 See Cant. 7.8
2-3 Eph. 6.12 (Vg: adversus principes et potestates... contra spiritalia nequitiae)
3-4 Hab. 3.4 (Vg: cornua in manibus eius ibi abscondita et fortitudo eius)
5 Is. 9.6 (Vg: principatus super umerum eius)
5-6 See Ioh. 19.17
7-8 See the note at I.12.18
10-12 See Matth. 27.46,40-44
12-13 See Luc. 23.4; Ioh. 18.38
13-14 See Ioh. 11.50
14 Ioh. 11.51 (Vg: pontifex anni illius prophetavit)

7.2 principibus L

cognita) peccatum appareat et gratia et quanti ponderis sit utrumque rerum probet effectus, cum originali morti nullum, nisi in Christo morte, potuerat esse remedium nec reconciliare deo potuit exules et dampnatos quelibet oblatio, nisi sanguinis huius singulare sacrificium.

(8) Et sine hoc holocausto poterat deus tantum condonasse peccatum. Sed facilitas uenie laxaret habenas peccatis effrenibus, que etiam Christi uix cohibent passiones, que uix sceleratos animos a uoluptatum fece auellunt. Vulneri sane tam putrido et antiquarum cicatricum fetori non inueniebatur medicamentum conueniens, nisi unguento sanguinis huius plaga uetus liniretur et malagmate carnis in cruce extense siccarentur uenena, que calcaneo primi hominis et omni posteritati eius serpens ille seductor antiquus infuderat. Hec una medela corrosit illas que in immensum excreuerant cicatrices et uim suam concupiscentiarum perdidit corruptela et (deleta dampnationis conscriptione) nouis litteris assignata est restituta libertas, priuilegio dato, carta indulgentie sigillo plage lateralis

---

8.8-9 See Gen. 3.15
11-12 Cf. Col. 2.14
13 See Ioh. 19.34

---

17 et² om. B
18 utrarumque CB
19 potuerit LO
19-20 deo potuit] potuerit [sic] deo L
20 huius sanguinis O
8.3 uix christi C passiones cohibent O
10 uim suam] innumeram L, ut uid.
11 prodidit L corruptelam L
11-12 conscriptione] construc- C
13 carta om. O sigillo] illo O

firmata.

(9) Considero opera tua et admiror te cruci inter dampnatos affixum, iam nec tristem nec pauidum, sed suppliciorum uictorem eleuatis manibus triumphantem de Amalechi et quasi sanctificantem de excelso plebem et eleuatum in sublimi et quasi celo proximum superioribus inferentem consummati agonis uexillum et inferioribus erexisse scalam in Patris occursum. Ibi dolorum et conuiciorum immemor subtiliter inuestigas et ipse exponis quare derelictus fueris, iudicans anxietates illius querimonie uerba esse delictorum tuorum, quorum personam et causam assumpseras, in tantum ut per Moysen et per apostolum sustineres uocari peccatum et maledictum pro similitudine pene, non culpe. Quod pro eis uoluisti intelligi, qui deseri a deo propter peccata meruerant, quorum reconciliationis agebas causam, in qua allegator subtilis pro seruis seruilem non dedignaris accipere personam. Et in tantum infirmis compateris, ut nec crucifigi nec mori, dum illi uiuant et (te patrocinante) non pereant, nec erubescas nec formides, altitudinem tuam derelinquens, ad tempus glorie tue

PL 1660

9.1 See note at I.12.18
3 See Ex. 17.11
6 See Gen. 28.12
10 See Deut. 21.23; II Cor. 5.21
11 Cf. Hebr. 4.15
13-14 Cf. Phil. 2.7

9.8 iudicans] in- fort. LO
9 delictorum ad dere- mut. B
10 per^2 om. L sustineres] -nens T, fort. ex -nens corr. BO
17 derelinquis O

maiestatem euacuans, ut redeant dispersi et respirent derelicti. Hec est causa quare derelictus sis, ut colligeret et reuocaret inanitio tua eos, qui fuerant derelicti, et qui sine deo fuerant, dum dominaretur eis peccatum, reducti ad iusticiam conformes Christi et christi efficerentur et dii. Vnde scriptum est, Ego dixi dii estis.

(10) Considero, domine, te in illo patibulo, ubi uidebaris sine adiutorio, quomodo imperatoria potestate latronem premittis ad regnum. Et in cuius assumptione iam manifeste constat, quantum apud derelictos profeceris, quorum primus iste, gloria et honore coronatus, ipsa die paradisi ciuis et domesticus curie celestis efficitur. Impossibile quippe erat illam sanctam animam tuam teneri ab inferis, de qua ipse ad Patrem dicis, Quia non derelinques animam meam in inferno nec corrumpi carnem meam in sepulchro: quia ubi in presentia illius effractis inferis est captiuata captiuitas, presentata uictrice anima in conspectu Patris, ad corpus suum sine dilatione reuersa est. Et appropinquauerunt saluti, qui longe erant a salute, et inter mortuos

---

21 Cf. Rom. 6.14
21-22 Cf. Rom. 8.29
22-23 Ps. 81.6
10.2 Ps. 87.5
2-3 See Luc. 23.43
4-5 Ps. 8.6 (Vg: coronasti eum)
7-9 Ps. 15.10 (Vg: Quoniam... non dabis sanctum tuum videre corruptionem)
10 See Eph. 4.8

10.1 te domine O
3 iam post constat transp. L
4 est post iste add. C
7 Quia om. CBL

liber morti obnoxios perpetua libertate donauit.

(11) Considero te in cruce de matre sollicitum. Cui uolenti loqui tecum, cum euangelizares, negaueras retroactis diebus colloquium et pretuleras matri auditores uerbi, pauperes spiritu, dicens eos tibi esse pro matre et fratribus, qui uoluntati Patris obtemperant. Nunc materno moueris affectu et thalamum humanitatis tue cubiculario dilecto commendas et prouides sedulo benedicte inter mulieres apostolicam clientelam et obsequium uirginis uirgini discipulo tradis, ut iam non Ioseph tanti ministerii honoretur prepositura, sed Iohannes, quia iam exigebat ratio, ut coniugii remoueretur opinio nec ultra pater Christi estimaretur, qui eatenus uicem patris et coniugis tenuerat. Habebat Ioseph in hac Christi dispositione rationabilem contradictionem, cum alteri commendaretur Maria, si se cognouisset carnalem maritum. Sed quia in Spiritu actum erat coniunctionis illius misterium, passus est Ioseph equanimiter sibi eum in hoc seruitio preponi, quem digniorem se iudicabat, et ideo maxime, quia magistri electio sic negotium ordinabat.

12-13 Ps. 87.6
11.1 See Ioh. 19.26
1-5 See Matth. 12.46-50
3 Matth. 5.3
5-8 See Ioh. 19.25-27
14-15 See Luc. 1.35

11.5-17 Nunc materno... ordinabat. Cf. Arnold, De vii verbis Domini in cruce III (PL 189.1696B)

11.8-9 ministerii] mys- L, mis- e, ex mis- corr. B
11 obtinuerat L
13 MARIA CL
14-15 illius coniunctionis L

(12) Ad hec sacerdotalis auctoritatis priuilegium in medio proferens, mediator inter nos et Patrem, oras pro his, qui ad dolorem uulnerum tuorum opprobria addiderunt, et pro inimicis impetras ueniam. Supplicas et obsecras, ut hec eis iniquitas dimittatur et a morte tua habeantur innoxii ipsi, qui sanguinem tuum super se et super filios suos manere precantur usque adeo excecati, ut scelus suum non intelligant nec odium Christi ipsa mors crucifixi extinguat. Sed caritas tua interim suspendit
PL
1661 iudicium et reis ingratisque patientia tua penitentie prouidet locum tempusque reseruat et differt punire dignos exitio, hoc orans, ut aperiantur oculi eorum et agnoscant que sit uirtus crucis, que efficientia sanguinis, que magnitudo delicti et doni, gratie et peccati. Tanta erat spissitudo uelaminis et crassitudo doctrine, qua erant Moyseos scriptura imbuti! Ita erant eorum sensus hebetes et ingenia tenebrosa, ut in uerbis legis nichil diuinum saperent, nichil aliud quam exterioris umbraculi integumenta uiderent neque ad sacramentorum secreta aliqua intellectus indagine penetrarent. Immo si quis eos uellet in sancta inducere et introducere in archana profundaque misteria,

---

12.1-4 See Luc. 23.34
5-6 Sec Matth. 27.35
13-14 Cf. II Cor. 3.13-15
16-17 Cf. Hebr. 10.1

12.1 auctoritatis] emend. O, -tas PMTCBLe
4-5 dimittatur iniquitas O 5 ipsi] Inde L
6 suos] tuos L
8 extinguant L
10 hoc] Hec e
14-15 sensus eorum L

impium iudicabant et stultum mel in petra sugere et de saxo durissimo oleum eliquare.

(13) Dimissum est ergo Christo orante peccatum et ex parte maxima cecitas illuminata est et malignantium perfidia demum credidit et intellexit et de torculari crucis mustum expressit, accepit et bibit et in calice, quod propinarat Moyses, uinum merum a fecibus segregauit. Et ecce plus potuit donum quam delictum et gratia quam peccatum, quoniam ex debito dampnationis obnoxios gratis sine ullo merito gratia beneficio pietatis absoluit et iudicium imperante Christo misericordie dedit locum et districtionis sue temperamentum iusticia domino disponente modeste sustinuit.

(14) Iam uidet Hebreus et quicumque de seruitute Egyptia ad repromisse patrie libertatem anhelat, quod sanguis Christi, efficatius quam sanguis agni illius, quem in Egypto Israel immolauit, contrarias abigat potestates. Cuius hodie tanta est auctoritas et potestas, ut non solum Israelitica limina muniat, sed etiam ab his, qui Israelitice non uiuunt, solum sacramenti signum repellat demonia et, ibicumque conspecta fuerit, ter-

---

20-21 Deut. 32.13 (Vg: sugeret mel de petra oleumque de saxo durissimo)
13.3 Cf. Is. 63.2-3 4-5 Cf. Ps. 74.9
5-6 Cf. Rom. 5.20 14.2-4 Cf. I Cor. 5.7
5 See Ex. 12.7

14.6-7 solum... demonia. Cf. Arnold, Vita prima Bernardi II.iii.13-14 & vi.38 (PL 185.276A-277A & 290A-D).

---

20 in] de L
14.5 lumina erd, sed corr. aliquis ante Pamelium castigator

ribilis sit eis sacri nominis uirtus et sanguinis nota. Denique quicumque sint sacramentorum ministri, qualescumque sint manus, que uel mergunt accedentes ad baptismum uel ungunt, qualecumque pectus, de quo sacra exeunt uerba, operationis auctoritas in figura crucis omnibus sacramentis largitur effectum et coniuncta peragit nomen, quod omnibus nominibus eminet, a sacramentorum uicariis inuocatum. Et licet indigni sint qui accipiunt, sacramentorum tamen reuerentia et propinquiorem ad deum parat accessum et, ubi redierint ad cor, constat ablutionis donum et redit effectus munerum. Nec alias queri aut repeti necesse est salutiferum sacramentum.

(15) Iam sanguis tuus, domine, non querit ultionem. Sanguis tuus lauat crimina, peccata condonat. Clamat sanguis Abel, clamant Sodomorum peccata et parricidium et libido digna sunt ultione. Tu, olim ultionum deus, modo misereris et parcis his, qui offenderunt, sanas contritos corde et alligas uulneratos. Filio prodigo reuertenti non improperas luxum, mulieri adultere

---

13 See Phil. 2.9
16 Is. 46.8
15.2 See Gen. 4.10
3 See Gen. 18.20
4 Ps. 93.1 (Vg: Deus ult.)
5 Ps. 146.3 (Vg: qui sanat... alligat contritiones illorum)
6 See Luc. 15.20

---

8 nominis sacri B
12 coniuncta] cunta O, cuncta e
13 et post quod add. per superscr. B
15 deum] dominum L
15.1 Iam iam O
3 clamat L et[1] om. O

non opponis prostibulum, peccatricis publice non recusas
PL 1662 seruitium, debenti pecuniam dimittis depositum, Iudeis perfidis et dedisti gratiam et dimisisti scelus scelerum et peccatorum peccatum. De latere tuo fons egreditur, in uitam eternam prosiliens, et de eadem consubstantiali origine diuisis limitibus aqua et sanguis emanant ad complementum perfectionemque totius iusticie, sacramenta in perpetuum duratura, et fontis illius ubertas perhenni lapsu uniuersam ecclesiam irrigat et fecundat. Ex hoc fonte non tantum ablutionis prime, qua initiantur accedentes ad Christum, undas haurimus, sed et compunctionum et lacrimarum perhennes effluunt riui et misericordiarum suauitas et totius pietatis affectus emanat.

(16) Tu, domine, sacerdos sancte, qui in tempore iracundie factus es reconciliatio, sancti huius sanguinis permanentem

---

6-7 See Ioh. 8.11
7-8 See Luc. 7.37-38
8 See Matth. 18.27
8-10 Cf. Luc. 23.34
10-11 Ioh. 4.14 (Vg: salientis in vitam aet.)
11-12 See Ioh. 19.34
16.1-2 Eccli. 44.17 (Vg: est)

11-14 et de eadem... fecundat. See Augustine, De civitate Dei XXII.xvii (LCL, vol. VII, p. 282).

---

9 eis post dimisisti add. CB (hic i.m.)
9-10 peccatum peccatorum O
10 fons] foris L, ut uid. egreditur] egredie- P, ex egredie- corr. MC
11 consubstantialique e
15 ablutionis] obla- CB
16 ad christum accedentes L haurimus undas C et compunctionum] ad com- PM, ex ad com- corr. CB, et compunctionem T
18 effectus O

plenitudinem reliquisti et beneficium huius sancti liquoris in perpetuum tradidisti et constituisti nobis inconsumptibiliter potum, uiuificum crucis signum, et mortificationis exemplum. Tu consummatis omnibus uade ad Patrem et trahe nos post te. Da nobis in uita presenti, ut simus sine angaria baiuli crucis tue et comprehendamus cum omnibus sanctis quid latitudo, quid longitudo, quid altitudo, quid profundum huius ligni significet. Quo conspecto non noceat nobis neque mordeat coluber solitudinis, sed incolumes per omnia sequamur te. Tecum paruuli simus, tecum circumcidamur, tecum baptizemur, tecum ieiunemus, tecum lotis pedibus panem angelorum edamus, tecum crucifixi mundo uiuamus, tecum Spiritu sancto repleti et corpore et spiritu in eternum maneamus. Qui uiuis et ultra non moreris in secula seculorum.

5-6 See Ioh. 19.28, 16.28
8-9 Eph. 3.18 (Vg: conprehendere... quae sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum)
10 See Num. 21.5-6

16.4 consumptibiliter e
8 sit post quid[1] add. O
9 altitudo] sublimitas e significet] -cant B, -cent C, sanctificet T
13 mundo uiuamus] mundum uiuamus P, mundum uincamus MTO (per corr. M)
15 moreris] morieris MTCBO, omnes praeter O per corr. AMEN post seculorum add. L

X. DE RESVRRECTIONE CHRISTI

PL 1662 (1) Quesitis aromatibus ad unguendum dominum Iesum in monumento positum, sacre mulieres communicato consilio conuenerunt et (repertis ibi sine corpore sudariis) quem non inuenere putauere sublatum. Nam et lapis reuolutus et uacuum monumentum simplicibus animis coniecturas huiusmodi opponebant, quod corpus strictum linteis, nisi translatum esset, moueri loco non posset nec lapis magni ponderis, nisi ui humana, nullatenus reuolui potuisset. Vnde et mane uenientes, quomodo posset ab hostio monumenti lapis girari, anxie causabantur. Sed dominus, qui inspirauerat, ut uenirent, preuenerat uenientes et egressus de sepulchro uacuum locum reliquerat apertoque ostio ingredi uolentibus liberum dederat aditum, et quasi monebat se alias queri, qui illis angustiis non poterat occultari.

1.1-4 See Luc. 23.56-24.4
3 Cf. Ioh. 20.6-7

Tit. PMTBCe Christi] domini L Sermo in die resurrectionis domini de tribus mulieribus que ad unguendum dominum ad monumentum uenerunt O
1.5 apponebant L
7 ullatenus Le
10 qui om. O
11 aperto O

(2) Flebant igitur sacre femine, que eum, cui obsequi uolebant, se perdidisse putabant et obriguerant mestitudine, eo quod deuotio sua desiderato frustraretur effectu. Habuerant siquidem eum sicut prophetam, non inferiores fide illis discipulis, qui dicebant, Quod Iesus Nazarenus uir propheta fuerat, PL 1663 potens in opere et sermone. Et licet de resurrectione sua ipse tam apostolos quam reliquos discipulos, in quorum societate iste esse meruerant, magister prouidus instruxisset, incusserat tamen omnibus dubietatem et terrorem supplicium crucis et mortis atrocitas. Nec tamen ab eorum cordibus auelli poterat dilectio, qua ei adheserant, et recordatio signorum, que uiderant, et admiratio doctrine, quam audierant, et conuersationis pie admirabilis sanctitudo, qua fuerant informati. Necdum firmo gressu ibant, sed lababat pes dubitantium, sed querebant, quem amabant, nec maligne desperabant. Vnde factum est, ut questum inuentionis dilectionis perseuerantia mereretur.

(3) Ille itaque prime uiderunt et cognouerunt, que ardentius dilexerunt, que deuotius quesierunt. Ille sermocinate cum Christo, certificate quod ipse esset, qui a mortuis resurrexisset, nuntiant Petro et ceteris, quod Christus resurgens a mortuis iam non moritur. Euangelizarunt uiuentem, qui mortuus putabatur. Nec iam sepulture eius odoramentis corporalibus deseruiunt, sed

---

2.5-6 Luc. 24.19 (Vg: de Jesu Nazareno qui fuit vir propheta)
6-8 E.g. Matth. 16.21
14 Deut. 32.35 (Vg: labatur)
3.2-4 See Matth. 28.9-10
4-5 Rom. 6.9 (Vg: surgens ex)

3.5 Euangelizauerunt L
6 deseruiunt corporalibus Q

aromatibus firme fidei et certe spei et caritatis sincere regnanti domino famulantur et uirtutum fraglantiam non iudicato presentant, sed iudici.

(4) Letantur apostoli, quos mundus quasi dehiscens terruerat: et quasi dissolutione elementorum quassaretur, omnia precipiti ruina sterneret, minas horribiles intentarat; solidatisque et compactis celestibus et terrenis eterna redemptione inuenta, gratulabundi adorant quem reliquerant, credunt nec in aliquo hesitant. Assistunt, quantum possunt, ei a quo diffugerant. Quem non fragor ille mundi terreret, quando terra tremuit, sol expalluit et radios lucis sue sol contenebratus abscondit? Ipsa monumenta lapides sibi superpositos proiecerunt et indignata superior et inferior plaga tenebris et motibus et scissuris compassionis sue et uehementis angustie iudicauerunt effectum. Nec sustinuit intueri mundus perfidie Iudaice scelus et uisa sunt insensata elementa sensu uti abundantiore quam homines, quibus secundum naturam ratio inerat. Et crudeliores extitere feris, abutentes intellectu, in tantum Christi sanguinem sitientes, ut se ipsos maledictione eterna dampnarent et in paruulos suos anathematis illius reliquias immobili stabilimento

---

4.1-2 See Matth. 27.51 4-5 Hebr. 9.12
5 See Matth. 26.56
8-9 See Matth. 27.45
9 See Matth. 27.52
10 Cf. Matth. 27.45 with Luc. 23.44-45 & Matth. 27.51-52

4.8 et post tremuit add. O
13 uti] utique L
15 extiterunt C et post intellectu add. B

firmarent.

(5) Sed ne in eorum scelere diutius immoremur, qui repulsi sunt et destructi in finem, quorum parricidalia uota seruitium et exterminium meruerunt, quos cum Dathan et Abiron, quos ob dissensionis flagitium terra dehiscens uiuos absorbuit, constat in tenebris inferi sigillatos: ne tantarum abhominationum recordatio paschalem serenitatem interpolet, circa sollempnitatis inclite gaudia deuotis et alacribus animis insistamus. Neque enim fas est, ut a nobis aliqua his diebus tristia recitentur, sed sicut filiis Chore datum est, ut semper leta canerent et prophetarent et omnes psalmi eorum attitulati nominibus gaudia predicant nec aliqua minantur aduersa, ita nos ad Christum pertinentes, cuius
PL 1664 sanguine conspersa creditur Adam Caluaria, qui sub loco, quo crux domini fixa est, humatus traditur ab antiquis, eiusdem sanguinis sanctificati elapsu letemur et delectemur in domino. Nec iam amatoribus crucis mors magistri sit horrori neque pena sit dolori

---

16-18 See Matth. 27.25
5.3 See Num. 16.1ff.; Ps. 105.17
8-10 See Pss. 41 & 43-48

5.3 See Arnold, Vita prima Bernardi II.vi.37 (PL 185.289D)
12-13 qui sub loco... ab antiquis. See Augustine, Sermo suppositicius VI.5 (PL 39.1750D-1751A with further references there in note b).

5.3 quos^2 om. TO
5-6 recordatio paschalem om. L spatiumque reliquit
6 circa] cuius L
7 gaudiis L
10 psalmi eorum] psalmorum L
15 dolori sit B

nec passio sit pudori, cum hec omnia uite nostre sint instrumenta. Quia mors eius pro peccatis nostris sacrificium fuit et pena crucis excessibus pena dignis occurrit, labor eius honera nostra deposuit, dolor eius nos sanauit et dampnatio indebita nos a dampnatione eterna absoluit. Et si quid confusionis uisa est in tempore illo pati sancta eius humilitas, rerum hodie manifestatur effectu quod apostolus ait, Stultum huiuscemodi sapientius esse hominibus et infirmum fortius omni fortitudine, per quod (reprobata sapientia huius mundi) et de sapientibus et potentibus in nomine crucifixi pauperes spiritu potentissime triumpharunt.

(6) Cantemus igitur domino, gloriose enim honorificatus est. Liber populus egreditur de Egypto. Moyse duce mare fit peruium, columpna flammea nocte choruscans Israeliticum antecedit exercitum, stat a dextra et leua mare suspensum, desiccato luto profundi inoffensum abissus dat transitum et (egresso populo dei) Pharaonem cum populo suo repentina mole illapsum pelagus · ·

22-24 I Cor. 1.25 (Vg: stultum est Dei sapientibus est... quod infirmum est Dei fortius est hominibus)
25 Matth. 5.3
6.1 Ex. 15.1 (Cod. Amiatinus Ottobonianus: honorificatus; r[illegible]-qui: magnificatus). See the critical apparatus of the Vg.

---

18 crucis om. O
21 pati in tempore illo L
22 apostolis P
24 est post reprobata add. CB (ille per superscr., hic i.m.)
6.1 Cantemus] Primam litteram ornauerunt omnes codices mss. praeter T, qui om., sed spatium reliquit. Spatium etiam ante hoc uocabulum reliquit M. Sequentem autem titulum add. CB De pascha et sequentem add. O In die sancto pasche igitur om. O
2 fit mare O
3 antecedebat CB

cludit. Iam precesserat agnus, quem Israel in Egypto immolarat, cuius sanguine limina rubricata percussor angelus non est ausus attingere nec exterminatoris gladium populus formidabat, cui et de spiritalibus nequitiis parabat uictoriam illud sine macula sacrificium: et mare diuisum et totum Egipti robur extinctum.

(7) Primum illud antiquum pascha his miraculis coruscauit et excluso fermento preceptum est, ut horum dierum celebritas ageretur in azimis nec sollempnitatis huius gaudia seruilibus operibus fuscarentur nec omnino aliqua tante sinceritatis gloriam malignitas inquinaret. Certa data est ex lege distinctio, que esset paschalis oblatio et tempus et locus et modus, quando uel ubi uel quomodo sacra deberet hostia immolari: uictima agnus, locus una per singulas familias domus, caro non elixa, sed assa, hora uespertina. Hec, cum eo tempore fierent in figura, quod nos in ueritate agimus tipice loquebantur. Et disrupto in Christi morte templi uelamine, uerus agnus, solus inter filios hominum sine macula Christus, etate ultima, in qua mundi uesperascit con-

---

2-7 See Ex. 14.21-28, 13.21-22
7-9 See Ex. 12.23
10 Eph. 6.12 (Vg: spiritalia nequitiae)
10-11 See Ex. 12.5
7.2 See Ex. 12.15
5-9 See Ex. 12.2-20
10-11 See Matth. 27.51

---

12 etate ultima. Cf. E.R. Curtius, European Literature and the Latin Middle Ages, tr. W.R. Trask (Princeton, repr. 1973), p. 28.

---

9 formidabat populus L
10 spiritualibus Oe
7.4 obfuscarentur O

ditio, ab una populi christiani familia in unitate ecclesie assus in cruce (proiectis foras hereticorum fermentis) sincere fidei solidata compagine inconsumptibiliter editur, creditur et tenetur.

(8) Noua et uetera sub hoc nomine conuenerunt. Egreditur Israel de seruitute Egypti, exit populus dei de regno diaboli. Baptizantur in nube et mari Hebrei et iam Spiritu sancto et sanguine Christi mundatur a peccatis populus dei. Ex diuersis familiis una fit tribus, una fit domus, unus est cibus. Significantia et significata, res et signa, uirtus inuisibilis et
PL 1665 uisibilia sacramenta sic faciunt unum corpus, sicut caro et spiritus, et quod uidetur et quod non uidetur et nomine et uirtute Christi corpus censetur. In hac rerum conuenientia honorificatus est Christus et gloriose laudis triumphos letabunda hodie canit ecclesia, in lapide angulari consocians disiunctos olim parietes, quos in unum mirabilis artifex fuso sanguine glutinauit et (reprobato diu a malignis fidei fundamento) caritatis sue nexibus diuisas copulauit macerias et redegit partes in totum et multa in unum et facti sunt una domus con-

---

8.3 I Cor. 10.2 (Vg: baptizati sunt)
11-15 Cf. Eph. 2.20,14

7.11-16 uerus agnus... tenetur. Cf. Arnold, De vii verbis Domini in cruce VI (PL 189.1713A).

8.4 Christi mundatur om. CBL
5 domus... tribus sic transp. e
7 inuisibilia erd, sed corr. Cauchius
8 et quod non uidetur om. e (v. supra, p. 33 sq.)

federati parietes et stabile fundamentum. Honorificatus est Christus resurgens a mortuis, uictor mortis spolians inferos et captiuos premittens ad superos. Hucusque per humilitatis gradus ascendens, modo gloria et honore coronatus, nil mortale, nil passibile retinens, inpassibilitatis et immortalitatis donauit nos gloria et resurgentes in beatitudine constituit sempiterna.

(9) Resurrexerunt quidem ante Christum (sed in nomine et fide eius) sub Helia uiuente in corpore et Heliseo iam mortuo duo qui obierant, sed ad mortem quam gustauerant iterum redierunt. Resurrexit et Lazarus et alii nonnulli ad imperium Christi et, aliquo tempore beneficio uite usi, iterum ad funera rediere. Res quidem honorabilis et dominatio potestatiua fuit ad corpus exanime spiritum reuocare, sed resurrectionis huius, cuius sunt in Christo primitie, incomparabilis est dignitas, quam nec sequitur corruptela nec dissoluit antiquitas nec aliqua

---

10,16 Ex. 15.1
17 Cf. Ex. 12.36
18 Cf. Eph. 4.8
19 Ps. 8.6 (Vg: coronasti eum)
9.2-3 III Reg. 17.22; IV Reg. 4.35, 13.21
4 See Ioh. 11.44; Luc. 7.15, 8.55
7-8 Cf. I Cor. 15.20,23

8.18 humilitatis gradus. See Benedicti Regula VII.13-20 (ed. Schmitz, p. 45); Bernard of Clairvaux, De gradibus humilitatis et superbiae, Praefatio (LTR, vol. III, p. 16, l.1).

9.2 vnus post corpore add. e iam om. e et subsc. viuo et
4 aliique O
5 usi] post corr. B, ut uid., usu L
6 potestatiua] tertiam syllabam superscr. O, i superscr. B, potestiua L

mutabilitas labefactat. Mirati sumus in transfiguratione, que facta est in monte (presentibus apostolis Petro et Iacobo et Iohanne), quando sicut sol resplenduit facies saluatoris et uestimenta eius candorem omnem exuperantia apostolorum hebetauere conspectum, sed momentaneus ille decor. Imaginem, non speciem, similitudinem, non substantiam, partem, non plenitudinem transformationis mirifice explicauit. Sed neque eandem gloriam, quam ante ostendit, apostolis resurgens ilico ostendit, sed quod uidere consueuerant, hoc uiderunt et dilata est claritatis illius, quam nobis pollicitus est, plenitudo, que in se erat perfecta et a nobis in nobis expectatur perficienda, lucidior et sincerior quam estimari possit ab aliquo uel quam illa etiam claritas intimauerit, cuius primitias in Christo transformato accepimus.

(10) Opus inclitum et nobile plasma prima hominis conditio fuit, sed (quasi seminarium reformationis huius) illa prima formatio imaginem et similitudinem artificis ad ueritatis essentiam pertrahebat. Paulatimque consummata prodiit species (et apparuit candor!), quam occultabat immortalitas, qua absorta

---

10-12 See Matth. 17.1ff.
12 Matth. 17.2 (Vg: resplenduit facies eius sicut sol)
22-23 See I Cor. 15.20,23
10.3 See Gen. 1.25
4 Cf. Gal. 4.4; Hebr. 9.26

---

10 mutabilitas] -tabilis B
13 hebetauerunt O
10.1-10 Opus... assistit om. e
1 prima] -mi L, ex -mi corr. O, ut uid.
5 quam] quem LO

est eadem quidem, et non alia, humanitatis natura. Sed sanato morbo, quo periculis tenebatur obnoxia, sana et incclumis stabili felicitate (corpore et anima idem sapientibus, in nullo dissentientibus, receptis duplicibus stolis) conspectibus diuinis assistit.

(11) Agunt in celestibus hec paschalia gaudia ipsi angelici spiritus et resurgentis domini gloriam admirantur. Letantur et delectantur in eo quod forma serui reuersa sit in formam dei et exinanitio humilitatis ad deposite altitudinis redierit maiestatem. Sed et in hoc multiplicata sunt gaudia, quod ab his, pro quibus se humiliauerat, tante excellentie beneficium dignatus esse commune et partiri nobis sue habundantiam uoluit claritatis, ut post resurrectionem corpus non aggrauet animam, sed sit caro sine mole et pondere, agilis et mobilis, nullis clausa obstaculis, uisu et auditu penetrans omnia et attingens, quocum-

---

5-6 Cf. I Cor. 15.54
9 Cf. Is. 61.7,10; Luc. 15.22
11.3 Phil. 2.7 (Vg: formam)
3-4 See Phil. 2.7-8 8 Sap. 9.15
10 Cf. Sap. 8.1

10.9-10 conspectibus diuinis assistit. Cf. Horace, Sermones I.vi.114 (edd. E.C. Wickham & H.W. Garrod, OCT, p. 157), cited in LS.
11.8-9 ut post resurrectionem... mobilis. Cf. Augustine, Enchiridion XXIII 91 (tr. J. Rivière, BA 9, p. 264).

---

8 idem] id est scripsisse uidentur aliquae testes, i.e. P et fort. MTO
11.3 forma quod B formam] -ma MTO
5 et om. CBL
6 dignatus] est post hoc uocabulum add. CBL (fort. in ras. C), -tur O (et fort. Manutius, certe Cauchius)
9 clausa] causa L, ex causa corr. B

PL 1666 que uoluerit sine impedimento discurrens. Inerit resuscitatis corporibus nulli uanitati subiecta libertas et, que cogi non possit ad aliquid, in nullo laborans, iam a spe educta, re ipsa perfruens, nulla expectatione suspensa, et in pace quietissima confirmata omnisque expers formidinis in spiritualibus deliciis, iugis illa permansio reflorebit.

(12) Quam mirabilis est scientia tua, deus! Confirmata est super nos (nec possumus ad eam attingere!) hec sapientie tue altitudo. Qui mundum non ex precedente materia, sed solo Verbi tui condidisti imperio, creaturis uero corporalibus ex mundi essentia dedisti initium, suis incolis singula elementa adornans, hominem, quem de mundo fecisti, cunctis in terra et aere et aquis uiuentibus preficiens, ita ut suo proposito singula in suo genere ministrarent. Tu aliis uitam temporalem, aliis procurasti perpetuam, admirabile ordine quedam mutans et renouans, et prefinito

---

12 Cf. Rom. 8.20
13 Cf. Matth. 11.28
12.1 Ps. 138.6 (Vg: mirabilis facta est scientia tua)
1-2 Ps. 116.2; cf. Ps. 138.6 (Vg: confortata est)
2 Ps. 138.6 (Vg: non potero ad eam)
2-3 Rom. 11.33 (Vg: altitudo divitiarum sapientiae)
3-4 See Gen. 1.1; Ioh. 1.3
4-5 See Gen. 2.9,19
6 See Gen. 2.7
6-7 See Gen. 1.26,28

12.3-8 Qui mundum... ministrarent. Cf. Hugh of St.-Victor, De sacramentis I.i.vi & xxv (PL 176.190B-192D & 203A).

---

15 in om. O
12.3 Qui] qua Pamelius
4 et post imperio add. B
9 admirabili CBLOe (ex -le corr. B, ut uid.). Cf. GL 79.1.

tempore metam irrationabilibus omnibus prefixisti et terminum, quem transire non possit dissolutioni conditio destinata. Homo, quia ex celesti et terrena materia compactus est, uestitus extrinsecus pelle et carnibus, tempus accepit, quo te iubente redderet terre quod de terra assumpserat et ad immaterialem originem reuerteretur spiritus, cuius natura dissolutionis non admittit iniuriam. Corpus putredine et caro uermibus consumenda secundum nature sue rationem eternitatis non poterant priuilegio perfrui et quod sibi iure non competebat a conditore nequibat exigere neque ulla eorum interrogatio super hoc merebatur responsum.

(13) Sed tu, optime domine, ultro gratiam uolens dare spiritui decreuisti clementius, ut ex societate et clientela, quam reddiderat anime caro, aliquid ei commodi proueniret et que ei uehiculum fuerat et particeps studiorum, in recompensatione ministerii iterum dilecto accole consociata, pudica et pacifica rediret, nullas secum reuehens contumelias, quibus deinceps

---

11-12 See Gen. 2.7
12-13 Iob 10.11 (Vg: pelle et carnibus vestisti me)
13-14 See Gen. 3.19
16 Cf. Iob 25.6
13.6 Cf. Rom. 1.24

11-12 Homo... est. Cf. Hugh of St.-Victor, De sacramentis I.vi.i (PL 176.263C).

15-16 iniurias [sic] non admittit O
16-17 consumenda post rationem transp. O
17 pruilegio post eternitatis transp. O
18 nequibant L

quietis interne concuteret puritatem. Sed et hoc, domine, ad cumulum beneficii addidisti, ut inter legem carnis et spiritus nulla postmodum esset diuersitas, sed una utriusque ex lege tua sancta firmetur nec post initum fedus ulla iterum inter eos recrudescat rebellio, sed per manum tuam reconciliatio ordinata stabilis in perpetuum perseueret. Te igitur iubente terra fit caro, ut expulsa de domo iterum coniugatur uiro, non iam ancilla, sed libera, et habitant unius moris in domo murmurationibus consopitis, quas olim compugnantes inter se concupiscentie concitabant.

(14) Quis, domine deus, considerare hec opera tua sufficit? et quis lutum coagulare potest in carnem? quis formare potest in hominem? quis infundere animam? quis reddere uitam? quis dare eternitatem? quis addere felicitatem? Ad hunc prouentum humana laborabat creatio, hec semper fidelium expectatio fuit. Hoc optabat rex ille humilis, qui se nouerat imperfectum, ut adderes
PL
1667 conditioni tue quod deerat et perficeres et solidares opus tuum,

---

8 See Rom. 7.23; Gal. 5.17
12-13 Cf. Gen. 21.14
14 Ps. 67.7 (Vg: inhabitare facit unius moris in domo)
14.1 Cf. Eccli. 18.2
2 See Iob 10.9-10
2-3 See Gen. 2.7

13.9-10 sed una... firmetur om. e
10 initum] -tium er, sed corr. d
10-11 recrudescat inter eos C
13 ut] et B coniungatur MTO
14 habitent MTO
14.3 homine L
4 hunc] huc L
5 laborat O
7 tue ad sue mut. CB

quod corruptibilitas et mortalitas assidue conuiciis multis solebant affligere et uariis obprobriis consueuerant infestare. Tu morti imperas et absorta eliditur. Inanescit corruptio, ubi eger te medente sanatur. Gustasti mortem pro filiis hominum, ut qui tecum mortui erant, tecum uiuerent et participes tribulationum etiam consolatione gauderent.

(15) Resurrectio quidem communis est et ante tribunal Christi necesse est in corpore iustos stare et impios (dei hoc dictante iusticia), ut pietas et impietas in operatoribus debitis stipendiis donarentur et qui finem habere contempserunt in malis, infinita clauderentur ultione in penis et qui gloriati sunt in cruce, cum crucifixo regnantes beate fierent perhennitatis participes. Non sunt participes huius gaudii, quos dampnat ambitio. Non potest furtiuos habens loculos paschalibus solemniis interesse. Nichil proditor et uenditor magistri, fermentator prophanus, commune habet cum azimis. Omnis immundus in anima ad esum huius agni prohibetur accedere. Nulla ad hanc leticiam perfidia recipitur, omnis malignitas excluditur. Calciatus pedibus ad euangelizandum paratus, accinctus renibus et

---

10 Cf. I Cor. 15.54
11 Cf. Hebr. 2.9
12 Cf. Rom. 6.8
12-13 Cf. Rom. 8.17; I Pet. 4.13
15.1-2 See Matth. 25.31-32
3-4 See Apoc. 20.12
5-6 See Gal. 6.14
12-13 See Eph. 6.15

15.6 regnantes om. O
7-8 ambitio dampnat B
13 paratus] peractus erd, sed corr. Morelius

sanctimonie destinatus, habens baculum in manibus et festinans,
ut Egipti deserat ydola, sequens Moysen nec formidans uie dis-
crimina, quisque purus et sincerus sine fraude, homo uerus
accedat et edat et securus, quod resurgat, mortem optet, ut
attingat ad eterna gaudia, in quibus est uita nostra sursum
manens et nos trahens ad bona celestia. Qui uiuit.

13-16 See Ex. 12.11

14 baculum habens L
19 sqq. post uiuit add. L et regnat deus per infinita secula. amen, sqq. add. O et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

XI. DE ASCENSIONE CHRISTI

PL 1667 (1) Celebrata in cruce sollempni uictoria, cum iam templum corporis sui, quod persecutio Iudeorum effoderat, dominus reparasset, noluit statim ad Patrem ascendere et glorificati corporis presentiam inferre celestibus, sed necessaria dispensatione discipulorum infirmitati consulens utiliter distulit et quadraginta diebus in terra conuersatus et uisus est et locutus cum apostolis et manducauit et bibit et uulnera, que ad dubietatem eorum tollendam in corpore reseruarat, et uidenda et palpanda exposuit et impleta in se que in scripturis erant predicta euidentia rerum edocuit.

1.1-2 Cf. I Cor. 6.19
5-6 See Act. 1.3
7 See Luc. 24.30; Ioh. 21.15
7-9 See Luc. 24.39; Ioh. 20.20,27
9-10 See Luc. 24.27

Tit. PMTCBe Christi] domini L Sermo In ascensione domini O
1.2 sui] suis e, sed corr. r dominus om. O
6 sepe post est add. e est post locutus ad. C
10 dominus noster post rerum add. O

(2) Ad hoc necessaria fuit huius temporis mora, ut recollectis, quos in fugam timor impegerat, quos supplicium crucis terruerat, in multis argumentis apparens, mentes, que diffidentia titubauerant, solidaret nec esse fantasticum, sed uerum corpus, quod surrexerat, tam commessationibus quam contrectationibus probaret. Ad hoc dilata est ascensionis gloria, ut sub hoc dierum interstitio precedens doctrina affectibus firmaretur, immo ut discipulorum desideria recessionem eius corporalem ambirent, quia spiritalis presentie plenitudo, quamdiu conspectu carnis presens aderat, aduentare non poterat. Et paulatim in hoc conducti sunt, ut libenter consuetudine conuictus assueti carerent, PL 1668 cum inhabitator Spiritus sanctus, eorum animas possidens inuisibili accessu, sinceriores eis affectus infunderet et aperiret interiores oculos ad intuendum intellectu puro Patrem luminum et (substantia rerum sperandarum proposita) apparentia sepelirent nec incertitudinis scrupulus superesset, cum dominus et magister, quem uerum hominem probauerant, eis uidentibus celum ascenderet, sed iam securi se crederent seculturos nec esse impossibile, quin et ipsi in carne et spiritu ad superos trans-

---

2.2-3 See Matth. 26.56
4 See Luc. 24.37
12 See Rom. 8.11 (Vg: inhabitantem Spiritum)
14-15 Iac. 1.17 (Vg: Patre)
15 Hebr. 11.1 (Vg: sp. sub.)

2.2 impegerat ad impingerat mut. L crucis supplicium O
5 surrexerat] -rexit C, ex rexerat corr. B commessationibus] primam s del. CB
9 conspectui L carnis conspectu B
11 conuictus consuetudine L
12 animas eorum L
13 funderet L
15 substantiam L

ferrentur.

(3) Omnibus itaque ad tam delectabile spectaculum aggregatis, Ascendo, inquit, ad Patrem meum et Patrem uestrum, deum meum et deum uestrum. Horum uerborum auctoritas, cum iam eorum uirtutem Spiritus sanctus intimasset, omnem poterat excludere diffidentiam. Et hilarescebant animi eorum, paternitatis diuine illustrati honore et fraternitatis Christi honorati consortio, cum audirent et crederent se filios dei et fratres Christi, in quo omnis excellentie plenitudo et sufficientia inerat. Nec iam quasi idiote et hebetes huic uerbo applaudebant carnaliter, sed subtilissime generationem et dignitatem creature a uoluntate et nutu creatoris habuisse initium et imaginem et similitudinem dei in interiori homine uidebant et dinoscebant intellectu potius quam uisu quam affinitatem habeant inter se Pater et Filius et quia, substantiuo et naturali Filio filii adoptiui conformes, a prima origine multa habeant ex natura et multa ex gratia.

(4) Sane huius generositatis consortium, secundum quam simul cum Christo filii dei sumus, nobilitatem existentie nostre exponit et intimat. In quo honore si manserimus non degeneres,

---

3.2-3 Ioh. 20.17
7-8 Ioh. 20.17; Matth. 28.10
12 See Gen. 1.26
14-15 Cf. Gal. 4.5

---

20 transferrentur] -feren- M, ex -feren- corr. TB
3.2 congregatis L
3 ad ante deum[1] add. L
10 apludebant B
13-14 affinitatem post se transp. C
4.1 generositati L

constat omnino non posse Patrem dissidere a filiis, sed deiformibus tutum esse ad paternitatem accessum nec posse pati ad hereditatem possidendam dispositos in petitionibus diuinis repulsam. Sed in quibuscumque filius filialiter genitorem appellauerit, necesse est bonitatem largitoris iuste supplicantis prosequi uoluntatem, maxime cum ipse Pater qui largitur iusta suggerat peti, que non differt benigne largiri. Et quidem paterna caritas bonis filiis et heredibus maxime delectatur et hoc glorie Christi unigeniti dilecti accumulat, quod beatitudinis sue non patitur esse solitariam magnitudinem, sed addit fratres, non qui minuant quasi diuisam in plures excellentiam, sed qui altitudinem diuitiarum eius exornent participes et consortes. Quod cum ipsum qui Pater est constet esse deum et eum deum nostrum, sicut et suum Filius attestetur, in eo quod filii sumus, ipse nos possidet; in eo quod noster est deus, quod nostrum est, ipsum, cuius proprii sumus, proprie possidemus.

---

5 Cf. Rom. 5.2
5-7 Cf. Ioh. 14.12-14; I Ioh. 5.14
8-9 Cf. Matth. 7.11
12 See Ioh. 1.14; Matth. 3.17
15 Rom. 11.33 (Vg: altitudo)

---

12 dilectio L
14 minuant] muni- P, ex muni- corr. C quasi om. O in plures] inplentes L (cum syllaba ultima in ras.)
16 qui] quod C
17-18 filii sumus... in eo quod om. O
18 quod^2] quasi L est^2 om. L

(5) Dico igitur domino meo, deus meus es tu, et dicit michi dominus meus, Ego dominus deus tuus. Homo, cuius deus est, quid amplius querit? Si sufficis tu deo, sufficiat tibi deus!
4 Bonorum tuorum deus non indiget nec conferre potes ei quippiam
PL 1669 nec auferre. Si esurierit, non dicet tibi. Eius est orbis et plenitudo eius et magnitudinem eius celi celorum non capiunt. Non infirmatur, non eget indumento uel cibo. Omnia scit, omnia potest, omnia continet. In ipso omnes uiuimus, mouemur et sumus. Quid tu ei quasi indigo conferes? Te solum bonitate, non necesse
10 sitate desiderat. Scriptum est et ipso iubente tabulis insculptum lapideis, ut diligas eum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua. Dilige et diligeris! Prope est merces tua. In manibus porrigitur premium. Esto tu ei! Erit tuus deus tuus. Impar sane commercium, pretium inequale, sed qui
15 pro nobis triginta argenteis appreciatus est hoc in pretio huiusmodi intelligi uoluit, ut adimpletio legis, que in proximi dilec-

---

5.1 Pss. 15.2, 30.15, 139.7
2 Ex. 20.2 (Vg: ego sum). See also Pss. 80.11, 49.7
5-6 Ps. 49.12 (Vg: esuriero... dicam... meus est enim orbis terrae...)
6 See III Reg. 8.27
8 Act. 17.28 (Vg: In ipso enim vivimus et...)
10-11 See Deut. 6.5
11-12 Matth. 22.37 (Vg: diliges Dom. Deum tuum)
15 Zach. 11.13 (Vg: sum); Matth. 26.5, 27.5

5.10 ipso et in [sic] tabulis iubente L
12 ex om. O
13 tu] tamen L
15-16 est hoc in pretio huiusmodi om. e
16-19 ut... obtulisset om. e et sqq. suppl. quanta fuerit in precio quod pro eo datum est: et in eo quod ipse dedit pro mundo dissimilitudo: cum ipse exiguo argento emptus et venditus: tanto precio damnatos redimeret: vt dubium esse non possit quin precii magnitudo superaret negocium. nec equari posset damnum quod omnino damnatio iusta meruerat: obedientie christi que gratis vsque ad

tione consistit, ternario et denario figurata, fide et opere mereretur conditori suo uniri et iungi, ut haberet homo deum proprium suum, cui se proprie et singulariter obtulisset.

(6) His intellectis apostolis, sicut filii prophetarum olim uerum Heliam ascensurum sciebant, et horam illam prestolabantur gaudentes nec iam anxiabantur parturientes, sed exorta letitia parati erant prosequi recedentem, minime dubitantes, quin et ipsi post modicum conuersationis huius, postquam de torrente passionis in uia hac bibissent, exaltato capite et erecto se ad celestia dominum secuturos. Eleuatis igitur manibus hereditariam eis benedictionem relinquens non manufacto uehiculo nec auxiliaribus carpentis euectus est Christus, sed nature diuine propria usus uirtute carnem celo intulit et corpus glorificatum Patris conspectibus presentauit. Non indiguit uectoribus angelis, qui offendicula tollentes e medio ferrent eum in manibus, sed precedentes et subsequentes applaudebant uictori et concinentes in iubilatione modulabantur canticum nouum et implebat celos con-

---

16-17 See Rom. 13.8
6.1-2 See IV Reg. 2.3,5,7
5-6 Ps. 109.7 (Vg: bibet)
7 Luc. 24.50-51
11 See Ps. 90.12
14 Ps. 32.3, 39.4, 95.1, 97.1, 143.9, 149.1

---

mortem progressa est: et vitro soluit quod non debebat.
18 coniungi L
6.1 apostolis] -li LBOe, ad -li mut. C
2 sciebant] putabunt C, ad putabunt mut. B
3 anxiebantur CBLO (per corr. tertiae syllabae L)
4 quin et ipsi] Soloecismum esse asseruit Pamelius, sed fort. anacoluthon est
6 erectos L
8 manufacto] manifestato L

sonantie illius armonia, thronis et dominationibus parantibus Filio iuxta Patrem consessum, cherubin et seraphin pedes pacificos ambientibus, radiantibus undique diuinis claritatibus et splendoribus supercelestibus, quos nec ardor perseuerans consumit nec turbinis alicuius afflatus extinguit nec interpolatio caliginis ullius abscondit. Celebrat tanti triumphi magnificentiam letabundus celestis exercitus et qui descendenti coram pastoribus Bethleemitis decantauerunt in sublime preconia modo expressioribus conatibus et intensioribus iubilis reuertenti ad Patrem sollempniora obsequia impendebant et festiuis affectibus uenerabantur hominem supra se sublimatum, quem gloria et honore coronauerat Pater et ad dexteram suam collocatum, hoc dato ei priuilegio singulari, ut in nomine eius omne genu flecteretur et super omne nomen eius nomen excellentius coleretur.

PL 1670 (7) Quanta in eius susceptione in celis iocunditas fuerit nemo sufficit enarrare. Rei huius magnificentia omnem superat intellectum. Si linguis hominum uel angelorum quis eloquatur uel ad hoc cuiuslibet elaboret acumen ingenii, ut diffinire uelit que

---

15 See Col. 1.16
16-17 Cf. Is. 52.7; Nah. 1.15
21-22 See Luc. 2.9
25-26 Ps. 8.6-7 (Vg: coronasti)
26-27 See Matth. 26.64
27 Phil. 2.10 (Vg: Iesu... flectat)
7.3 I Cor. 13.1 (Vg: hominum loquar et...)

16-17 pacificos pedes B
19 conflatus L
25 sublimatum] -limitatum B
26 et om. O
7.3 loquatur O

Patris in reditu Filii hilaritas fuerit, aut si forte illud sempiternum gaudium aliquod tunc admiserit incrementum (si stabilitatis eterne se aliquomodo mutare possit immobilis magnitudo), scrutator ille maiestatis opprimetur a gloria. Et uerendum est, ne, dum uehementius exprimit ubera quam oportet, sanguinem pro lacte emungat. Attamen inuisibilem deum uisibilem Filium recepisse ad dexteram suam manifestum est et humilitatem carnis nostre throno iudiciario honoratam paterne complacuisse altitudini duo genera gentium ciuitati superne, de qua gloriosa dicta sunt, deinceps assignare: et esse supra mansionarios homines et angelos et beatitudinis illius gloriam his duobus ordinibus in perpetuum frequentari. Hec merces obedientie Christi, hec crucis et mortis stipendia. Hoc passionis labor promeruit, ut corpus humilitatis nostre fieret corpori claritatis Christi conforme et mortale hoc indueret immortalitatem et corruptibile incorruptionem et fierent homines cum Christo in celestibus iudices, qui cum eo iudicia pertulerant malignorum et

---

8 Prou. 25.27 (Vg: est maiestatis opprimitur gloria)
9-10 Prou. 30.33 (Vg: fortiter premit ubera ad eliciendum lac exprimit butyrum et qui vehementer emungitur elicit sanguinem)
13-14 Ps. 86.3
18 Phil. 3.21
19 I Cor. 15.53
20-21 See Matth. 19.28

---

7 mutari CBe
9 ubera] verba e
11 et om. MT
12 placuisse C
15 ab ante his add. L
17 Hoc] hic e

exstiterant usque ad mortem tribulationum consortes. Hac die primum inuecta est celis hec nouitas inaudita et gauisus est Pater hereditate amplificata, sobole multiplicata promissionibus, quas locutus fuerat in prophetis, redditis et completis.

(8) Solum ad hec que predicta sunt restat iudicium et examinationi ultime adhuc reseruant antiqua oracula locum. De iudicio quippe et angustia Christo sublato superest post misericordie tempora, que ad finem festinant, ut iusticiam comitetur iudicium et habeant singuli quod merentur et honoretur honore dignus et contemptor confundatur inglorius. Hoc et duo angeli Christo ascendente testati sunt, quia qui iudicatus abibat iudex esset terribilis rediturus et uideret collecta in unum generalitas hominum quas foderat manus, quod terebrauerat latus, faciem quam conspuerat, et prolata in medium inflexibili sententia (occurrentibus saluatori electis) remaneant impii, infinitis deputati tormentis. Quanta illud edictum sequentur lamenta! Illius ultime tube clangor quam horribilis erit! Continuus erit et superfluus illarum lacrimarum decursus. Stridorem illum dentium flamme inextinguibiles agitabunt. Immortales

---

24 Cf. Rom. 8.17
24-25 See Luc. 24.27
8.4-6 Act. 1.10-11; cf. Matth. 25.31-32
11-12 See. Matth. 25.46
13 Cf. I Cor. 15.52
14-15 See Matth. 24.51, 25.30

8.2 adhuc] ad hoc C oracula] inditia O
4 iusticia L
4-5 comitetur] oblitt. P, comminetur L
7 testati] testificati O
8-9 generalitas hominum collecta in unum B

miseri uiuent inter incendia et inconsumptibiles flamme nudum corpus allambent. Ardebit purpuratus diues nec erit qui estuanti lingue stillam aque infundat. In proprio adipe frixe libidines bullient et inter sartagines flammeas miserabilia corpora cremabuntur et omni tormento atrocius desperatio condempnatos affliget.

(9) Non miserebitur ultra deus neque tunc audiet penitentes. Sera erit illa confessio et, cum clausa fuerit ianua, frustra carentes oleo acclamabunt exclusi. Nullum ibi refrigerium, nullum remedium. Semel Christus descendit ad inferos, ulterius non descendet. Non ultra uidebunt deum in tenebris sigillati. Irregressibilis erit illa sententia et immutabile iudicium et stabit dampnationis huius immobile constitutum. Exultabunt sane sancti in gloria. Videbunt deum et gaudebunt. Letabuntur et delectabuntur et fruentur gloria et in felicitate iocundabuntur eterna. Ibi non gustabunt quam suauis sit deus, sed implebuntur et satiabuntur dulcedine mirifica. Nichil eis deerit, nichil oberit. Omne desiderium eorum Christus presens implebit. Non senescent, non tabescent, non putrescent amplius perpetua sanitas. Felix eternitas beatitudinis illius sufficientiam con-

PL 1671

17-18 See Luc. 16.19,24
9.2 Matth. 25.10-12 (Vg: est)
3-4 Cf. Luc. 16.24
4 See I Pet. 3.19
8 Matth. 5.9 (Vg: Deum vid.)
10 Ps. 33.9 (Vg: gustate... quoniam... est...)
12 Phil. 4.19

9.8 letabuntur gaudebunt O
14 illius] illis e

firmabunt. Non erit concupiscentia in membris, non ultra ulla exurget rebellio carnis, sed totus hominis status pudicus et pacificus (sana ex integro natura) sine omni macula et ruga deinceps permanebit. Erit denique deus omnia in omnibus et illius presentia omnes anime et corporis implebit appetitus. Cessabuntque de cetero consummatis omnibus ministratorii angelicarum uirtutum discursus et (impleta ordinataque omnino ciuitate dei) nec innouabitur nec mutabitur ultra fixe et consummate beatitudinis status.

(10) Ei igitur ante cuius tribunal stabimus, qui nunc uultui dei apparet pro nobis, cui de nobis tanta cura fuit, ut pro nobis uellet nasci et mori, in presenti quesumus, ut sit cura curandi nos et nobis auctoritatem et potestatem iudicandi nosmetipsos et corrigendi concedat, ut in illo terribili iudicio suo inter electos asciti et congregati, liberi a seruitute et captiuitate peccati celestibus ciuibus coniungamur et fruamur bonis, que ipse diligentibus se repromisit, que nec oculus uidit nec auris audiuit.

---

17 Cf. Eph. 5.27
18 I Cor. 15.28
10.1 Rom. 14.10 (Vg: stab. ante trib. Dei)
1-2 Hebr. 9.24 (Vg: appareat nunc...)
8-9 I Cor. 2.9 (Vg: oculus non...)

---

15 ulla om. O
15-16 exurget ulla CB
16 uel post exurget add. L
10.1 Ei] Eum MT
8 nec^2] ne fort. PM
9 audit L, ut uid.

XII. DE SPIRITV SANCTO

PL 1671 (1) Adesto, sancte Spiritus, et paraclisim tuam expectantibus illabere celitus. Sanctifica templum corporis nostri et consecra inhabitaculum tuum. Desiderantes te animas tua presentia letifica. Dignam te habitatore domum compone. Adorna thalamum tuum et quietis tue reclinatorium circumda uarietatibus uirtutum. Sterne pauimenta pigmentis. Niteat mansio tua carbunculis flammeis et gemmarum splendoribus et omnium karismatum intrinsecus spirent odoramenta. Affatim balsami liquor fraglantia sua cubiculum tuum imbuat et abigens inde quicquid tabidum est, quicquid corruptele seminarium, stabile et perpetuum hoc facias gaudium nostrum et creationis tue renouationem in decore immarcessibili solides in eternum.

1.2-3 See I Cor. 6.19
3 Cf. Rom. 8.9
3-4 Cf. Ps. 41.1
8 Cf. I Cor. 12.31

Tit. PMTCBL De sancto spiritu e Sermo de sancto spiritu In Pentecoste O
1.4 presentia tua L
8 odoramenta] ordina- B
9 tuum] suum L
11 facies B

(2) Interfuimus sacre Verbi infantie et puerperio uirginis obsecuti sumus. Cum celesti militia gloriam decantauimus paruulo. Confessi sumus omnipotentem, quem in cunabulis uidimus uagientem. Circumcisionis celebrauimus sacramenta et (truncato preputio uoluptatum) sanctimonie didicimus mancipari. Interfuimus baptismati saluatoris et (audita Patris uoce de celis) ad obediendum Christo traditi sumus et instructi celitus quomodo Patrem et Filium dilectio iungat et uniat, ita ut in ipsis nominibus intimetur distinctio personarum et nature unitas euidentissime innotescat. Sed et Spiritum sanctum in specie columbe inter illa misteria uidimus et intelleximus ex illa specie gemitus penitentie et desideria contemplationis diuine ex simplicitate cordis et innocentia uite immaculate incessanter prodire et neminem, nisi suspiriis huiusmodi precedentibus et inspiratione diuina monente, posse ad celestia aspirare, ut suspiratio et inspiratio et aspiratio a sancto Spiritu et causam habeant et effectum et materiam et prouentum. Secuti quoque sumus in heremum dominum ieiunantem et repulsa potenter diaboli uidimus temptamenta. Interfuimus cene et de calice domini bibimus, pedes lauimus, mortui sumus cum Christo et ecce uiuimus.

PL 1672

2.13 Sap. 1.1
20 II Cor. 6.9

2.14-15 suspiriis... aspirare. See note to VI.19.3-4 above.

2.3-4 uagientem uidimus C
9 eis post unitas add. L
16 spiritu sancto B
18-19 uidimus diaboli O
20 et post lauimus add. L

Prosequimur ascendentem et prestolamur promissum nobis Spiritum sanctum, cuius unctio nos de omnibus doceat, qui inuisibili magisterio nos doceat et celestibus instruat disciplinis, qui carnales hebetet sensus et conterat appetitus.

(3) Hic Spiritus sanctus ab ipso mundi initio aquis legitur superfusus, non materialibus aquis quasi uehiculo egens, quas potius ipse ferebat et complectentibus firmamentum dabat congruum motum et limitem prefinitum. Huius sempiterna uirtus et diuinitas, cum in propria natura ab inquisitoribus mundi antiquis philosophis proprie inuestigari non posset, subtilissimis tamen intuiti sunt conjecturis compositionem mundi, compositis et distinctis elementorum affectibus presentem, omnibus animam affuisse, que secundum genus et ordinem singulorum uitam preberet et motum et intransgressibiles figeret metas et stabilitatem assignaret et usum. Hanc uitam, hunc motum, hanc rerum essentiam animam mundi philosophi uocauerunt, putantes celestia corpora

---

22 See Ioh. 14.26
3.1-2 See Gen. 1.2 3-4 See Gen. 1.6
4-5 Rom. 1.20 (Vg: semp. quoque eius virt. et div.)

3.4-11 Huius sempiterna... usum. Cf. Theodoric of Chartres, Tractatus de sex dierum operibus 35-28 (Häring ed., p. 566f.; quoted in T. Gregory, Anima Mundi (Florence, 1955), p. 134, n. 2).

---

21 nobis promissum C
21-22 sanctum spiritum B
3.3 ipse potius B
6 philosophis] prophetis a. corr. fort. L inuestigari proprie B
12 philosophi] prophetae a. corr. fort. L et post uocauerunt add. L corpora celestia B

(solem dico et lunam et stellas ipsumque firmamentum) huius anime uirtute moueri et regi et aquas et terram et aerem huius semine impregnari. Qui si spiritum et dominum et creatorem et uiuificatorem et nutritorem crederent omnium, que sub ipso sunt, conuenientem haberent ad fidem accessum. Sed abscondita est a sapientibus et prudentibus tante rei maiestas nec potuit humani fastus ingenii secretis interesse celestibus et penetrare ad superessentialis nature altitudinem. Et licet intelligerent quod uere esset creatrix et gubernatrix rerum diuinitas, distingere tamen nullo modo potuerunt que esset deitatis trinitas uel que unitas uel que personarum proprietas.

(4) Superferebatur quidem elemento purificatorio Spiritus sanctificator, iam tunc baptismi uirtutem enuntians. Iam tunc illa prefigurabantur tempora, quibus archa Noe aquis inuecta diluuii uiri iusti familiam conseruauit illesam, abolita generatione adultera. Qui in filiabus hominum bestiali petulantia effrenes impudenter se illis commiscuerant nec diuinos nec

PL 1673

---

13 Cf. Gen. 1.14-17
17-18 Cf. Is. 29.14
20-21 Cf. Rom. 1.20
4.1 See Gen. 1.2
4 Gen. 6.9 (Vg: uir iustus)
4-5 Matth. 12.38 (Vg: generatio mala et adultera)

11-15 Hanc uitam... impregnari. See T. Gregory, Anima Mundi (Florence, 1955), p. 138. Cf. Arnold, Hexaemeron, PL 189.1515A-B.
20 superessentialis nature. Cf. John Scotus Eriugena, Periphyseon I.14 & IV.1 (PL 122.460C & 741C).

---

13 anime huius L
4.2 sanctificator] purifi- C enuntians] annun- Q
3 prefigurabantur] purifica- B

humanos nec in flagitiis publicis uerebantur aspectus. Archam illam, que typum gerebat ecclesie, Spiritus sanctus et tunc regebat et adhuc regit, extra quam quisquis perfidus euagatur, inuolutus fluctibus mergitur in profundum. Et impossibile est eum uiuere, cui non superfertur Spiritus uite, cuius uiuificus calor animat omnia et fouet et prouehit et fecundat.

(5) Hic Spiritus sanctus, omnium uiuentium anima, ita largitate sua se omnibus habundanter infundit, ut habeant omnia rationabilia et irrationabilia secundum genus suum ex eo quod sunt et quod in suo ordine sue nature competentia agunt (non quod ipse sit substantialis anima singulis!), et in se singulariter manens de plenitudine sua distributor magnificus proprias efficientias singulis diuidit et largitur et (quasi sol omnia calefaciens) subiecta omnia nutrit et absque ulla sui diminutione integritatem suam de inexhausta habundantia quod satis est et sufficit omnibus commodat et impertit.

5-7 See Gen. 6.5
5.5-7 Cf. Sap. 7.27 7 I Cor. 12.11 (Vg: dividens sing.)

5.1-10 Hic Spiritus... impertit. See T. Gregory, Anima Mundi (Florence, 1955), p. 137f.

5.2 omnibus se B
4 sue nature om. L
5 substantialis sit C et] sed L
7 diuidit et largitur singulis L
10 impartit e

(6) Hic Spiritus Rubri Maris aquas siccauit et (suspensis hinc inde uehementibus fluctibus) ab ollis carnium et Egypti pulmentariis populum ad spiritalem heremi cibum eduxit incolumem et alimoniis celestibus pauit, man quasi rorem matutinum infundens graminibus, quod colligi usum est ad mensuram. Aderat plena mensura per totam ebdomadam, uacante sabbati die, cui sexta precedens dies, consueti uictus duplicans quantitatem, octaue prefigurabat quietem, in qua absque labore et sollicitudine in deliciis epulabuntur electi et satiabuntur in terra sua duplicia possidentes, corporis et anime felici perhennitate perhenni felicitate ditati. Hic est Spiritus sanctus, quem magi in Egipto tertii signi ostensione conuicti, cum sua defecisse prestigia faterentur, dei digitum appellarunt. Antiquis philosophis eius intimarunt presentiam defuisse et licet de Patre et Filio aliqua sensissent platonici, spiritus tamen tumidus et humani appetitor fauoris sanctificationem intellectus diuini mereri non potuit. Et ubi ad profunditatem sacramentorum uentum est, omnis eorum caligauit subtilitas nec potuit infidelitas sanctitudini propin-

---

6.1 See Ex. 14.21
2 Ex. 16.3 (Vg: super ollas)
4-6 See Ex. 16.4-5
9-10 Is. 61.7 (Vg: possidebunt)
13 Ex. 8.19 (Vg: digitus Dei)
17 Cf. Eph. 3.9

6.3 cibum om. e
4 manna CBLOe
9 satiabuntur] satura- e
10 et post perhennitate add. MTCBLOe (sed per superscr. C)
13 philosophis] prophetis L

quare.

(7) Hic digitus dei mundane iudex et uindex perfidie noui tempore testamenti potenter expellit demonia nec laborat agendo, sed solo nutu perficit omnia. Quod dicit facit, quod iubet implet. Secreta indicat, pandit occulta, reuelat ignota. Hebetat acutos et perspicaces confutat. Hoc digito in lapideis tabulis lex primum conscripta quinquagesimo die post egressum Israel de Egypto in Monte Sina Moisi est commendata. Sed populus nequam et gens dure ceruicis, a quorum animis terror ille recesserat, quem mons ardens et flammea iuga et clangor bucine et lampades chorusce et horrenda tonitrua nuper incusserant, in apostasiam conuersi et de Moysi reditu desperantes, lege diuinitus missa indigni iudicati sunt, quam in oculis eorum
PL 1674 Moyses, frangens tabulas, tam uerba quam instrumenta comminuit et deleuit. Qui etiam (sceleris ultione patrata) reuersus in montem ad dominum, quadraginta diebus ieiunans et colloquens tandem obtinuit, ut ipse alias de saxo ad instar priorum excideret

---

7.1-2 See Luc. 11.20
5-7 See Ex. 19.1, 24.12
8 Ex. 32.9
9-10 See Ex. 20.18
10-11 See Ex. 32.1
13 See Ex. 32.19
14-15 See Ex. 34.4
15-16 See Ex. 34.28

6.13-19 Antiquis... propinquare. Cf. Augustine, Confessiones VII.ix.13-15 (LCL, vol. I, pp. 364-370).

7.1 iudex] in- fort. P
14 Qui] Quin e

tabulas, in quibus eandem, que in primis fuerat, scripturam insculperet et formaret. Factumque est mirabili dispensatione superni iudicii, ut lex quam sanctus scripserat Spiritus deleretur et quam manus humana restituit in posterum teneretur.

(8) Quod ea ratione credi potest sic actum, ut populus prior, secundum carnem ambulans et uiuens, diuinis colloquiis et spiritualibus mandatis ostenderetur indignus nec posse mentes perfidas sancta percipere nec intelligere sacramenta, que exemplarium tegmine uelabantur. Porro testamenti noui que Christo euangelizante patuit ueritas, uerbo Christi prolata, indissolubilis permansit et solida deinde stabilitatis perpetue auctoritate fulcita est, eo quod ablatam gratiam humiles susceperunt et quod Filius inter pauperes spiritu inuenit sibi domum, in qua caput reclinaret. Et merito reprobatos uisibiles tabule inuisibilis dei indicant contemptores et ampliori dignos honore incarnati Verbi credulos auditores et deuotos ueneratores.

(9) Lex igitur a paschalis agni immolatione die quinquagesimo datur et pentecostes nomen tante rei sollempnitas ex lege accepit, in ipso dierum numero sacramenti magni complicans

---

16-17 Ex. 34.1 (Vg: tabulas lapideas instar priorum)
8.2 Rom. 8.1,4
4-5 See Hebr. 8.5, 9.23
9 Matth. 5.3
10 Matth. 8.20 (Vg: ubi... reclinet)
9.1-2 See Leu. 23.15-16
2-3 See Act. 2.1

---

19 sanctus] spiritus CB (hic per corr.)
20 deleret CB
8.5 noui testamenti L
8 oblatam MTO

rationem. Septenarius quippe numerus, septies reuolutus, quinquagesimum efficit addito monade. Qui (presentis seculi meta et futuri initium) perpetuitatem sub octaue nomine continens sic presentia terminat, ut nos ad perpetua introducat. Sacratus hic septenarius numerus a conditione mundi auctoritatem obtinuit, quoniam in sex diebus prima dei opera patrata sunt et septima consecrata quieti, quasi sancta et sanctificans, sollempnitate uacationis honorata et Spiritui sanctificatori adtitulata. Vnde et cessanti a seruilibus operibus populo iubetur, ut diem sabbati sanctificet et Spiritui rectitudinis et sanctitudinis et fortitudinis ascribat quod directe, quod honeste, quod uiriliter incedit, quia totum ex eius constat ducatu, quod deuii diriguntur, quod impii conuertuntur, quod debiles confirmantur. Spiritus rectus, Spiritus sanctus, Spiritus principalis regit, componit, consummat et perficit quas inhabitat mentes et corda que possidet nec errare patitur nec corrumpi nec uinci quos docuerit, quos possederit, quos gladio potentissime uirtutis accinxerit.

9-10 See Gen. 2.2-3
12-13 Ex. 20.8 (Vg: sanctifices) 17 Cf. Ps. 50.12-14
20-21 See Eph. 6.17

9.5 metam L
10 sanctificant L
11 uocationis CB (ille per corr.) spiritu PCe (C a. corr.)
17 sanctus... rectus C

(10) Septenarius iste ex quaternario et ternario constans, cum in se propter predictas causas honorabilis habeatur, habet ex partibus suis excellentiam maximam, quia artificis et materie uidetur exprimere et distinguere primas substantias, ut ternarius creatorem propter Trinitatem enuntiet et quaternarius creaturam propter quatuor elementa, que rerum omnium cause sunt et semina, sub huius numeri breuitate concludat. Spiritus sanctus a Patre PL 1675 procedens a Patre et Filio quaternario superfertur et conditor benignus opus suum amplectitur et diligit quod plasmauit et creaturam suam Spiritus ipse sanctificat et consociat sibi et caritatis nexu statuit et conquadrat. His aliisque secretioribus rationibus, quas illustrium uirorum subtiliora ingenia indagarunt, septenarius numerus in scripturis sanctis sepe sacramentales causas complectitur et simplex et multiplicatus necessarios ad intelligentiam diuinorum operum parturit intellectus.

7-8 Ioh. 15.26 (Vg: procedit)
8 See Gen. 1.2

10.6 propter quatuor... semina. Cf. Augustine, De Trinitate III.viii.13 (Mountain & Glorie ed., CCSL L, pp. 139-141); John Scotus Eriugena, Periphyseon III.16 & 26 (PL 122.672A-B & 695A-696A).

10.4 primas] -marias e
5 creatricem post propter add. CB (ille parte i.m., hic per superscr.)
8 a Patre om. CBLO
10 Spiritus] sanctus e ipse] sanctus L sibi om. L
11 caritatis] clari- MT statuit] consti- I
14 et^2 om. O

(11) In ebdomadibus apud Hebreos dies septimus sabbatum, id est requies appellatur. Qui numerus non tantum in septimanis, sed etiam obseruatur in annis et (annorum ebdomada consummata) septimus annus requietionis est. Et ipsi terre sabbatum imperatur nec fas est cuiquam eo anno serere uel metere quippiam, sed que sponte siue in terra siue in uineis uel arboribus nascuntur, alimonie pauperum deputantur. Annorum quoque septimane apud Hebreos quinquagesimum annum faciunt, quem iubeleum appellant, in quo decreto legis, ut supra dictum est, fit terre remissio et seruorum libertas et restitutio possessionum, quas eatenus distractio alienauerat, et cetera huiusmodi gratis ad hereditatis originem reuertuntur.

(12) De numero septenario cum multa dicta sint, plura supersunt, que in lege et euangelio precipue commendantur. Quinquagesimus itaque annus perficit iubeleum. Quinquagesimus dies a pascha pentecosten facit, in quo uere (Spiritu sancto infuso apostolis) ad hereditatem celestem, a qua uenundati sub peccato

---

11.1-2 See Ex. 16.23
2-4 See Ex. 23.10-11; Leu. 25.3-4
6-7 Cf. Leu. 25.5,11
7-12 See Leu. 25.10-13
12.4 See Act. 2.1-3
5 Rom. 6.14 (Vg: venundatus)

11.2 tantum] tam PCBLe
3 in annis obseruatur L
5 eo anno cuiquam C
6 terris L in ante arboribus add. e
12 originem] ordinem e
12.3 a] post O, om. erd, sed rest. aliquis ante Pamelium castigator
4 facit pentecosten L

exulabant, quos diabolo domino mendicitas et egestas subiecerat, reuertuntur. Septem sacerdotalibus clangentibus tubis Iherico corruit. Septem petitionibus orandum Patrem Filius docuit. Remissio peccatorum duplicato septies septenario Petro mandatur. Leprosus septimi diei inspectione a sacerdote iudicatur. Summi sacerdotis in septem diebus consecratio consummatur. Dominus Iesus Christus de septem panibus quinque milia hominum reficit et iustus quisque deo laudes per diem septies dicit. Ipse dominus Iesus ab Adam secundum generationes, quas Lucas commemorat, septuagesimus septimus inuenitur, ut ultionem in Lamech septuagies septies promulgatam ueniens terminaret. Septem diebus in pascha editur azima. Septem diebus mense septimo tabernaculorum sollempnitas celebratur. In septem annis templum a Salomone construitur. Septem brachiis et totidem luminibus candelabrum adornatur.

7-8 See Ios. 6.4
8 Cf. Matth. 6.9-13
9 See Matth. 18.22
10 See Leu. 13.5
11-12 See Marc. 8.5
13 See Ps. 118.164
13-15 See Luc. 3.23-38
15-16 See Gen. 4.24
16-17 See Ex. 12.15
17-18 See Leu. 23.34
18-19 See III Reg. 6.38
19-20 See Ex. 25.37

---

12 IHS B Christus om. B
14 IHS B

(13) Celebramus tam nos quam Iudei quinquagesimum diem, sed illi in typo, nos autem in ueritate non tam significamus quam agimus. Pentecosten igitur celebrantes commemorauimus que olim sub Moyse in ueteri testamento sunt acta et que sub Christo facta sunt. Post cuius ascensionem in celos Spiritus sanctus uisibiliter super apostolos in linguis igneis apparuit et ad instar prioris seculi uniuersitatem fidelium unius labii esse
